


1817
ARTES
SCIENTIA
VERITAS
LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
TUEBOR
SI QUAERIS PENINSULAM AMOENAM
CIRCUMSPICE



SCRIPTORES

RERUM GERMANICARUM

IN USUM SCHOLARUM

EX

MONUMENTIS GERMANIAE HISTORICIS

SEPARATIM EDITI.

ANNALES METTENSES PRIORES.

HANNOVERAE ET LIPSIAE

IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI

1905.

ANNALES METTENSES PRIORES.

PRIMUM RECOGNOVIT

B. DE SIMSON.

ACCEDUNT ADDITAMENTA
ANNALIUM METTENSIUM POSTERIORUM.

HANNOVERAE ET LIPSIAE
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI
1905.



HANNOVERAE. TYPIS CULEMANNORUM.

PRAEFATIO.

Annales Mettenses, quos iam luci daturi sumus, non eosdem atque illos ante hos plus 260 *annos a Chesnio editos, sed ab iis diversos et quidem antiquiores, Carolus Hampe V. Cl. a.* 1895 *mense Decembri, cum bibliothecam cathedralem Dunelmensem in usus Monumentorum Germaniae perlustraret, invenit*[1]. *Est enim codex, quo ista prima editio* Annalium Mettensium priorum *fundamento nititur,*

A 1) *Dunelmensis C. IV.* 15 *signatus, membranaceus, saec. XII. incipientis. Fol.* 1 *desideratur; fol.* 2—28'. *annales nostros continent. Paginae in binas columnas divisae; textus annalium desinit in tertia columna f.* 28, *quarta vacua. Sequitur in fol.* 29—70'. *Chronicon Reginonis, eius classis, quae continuatione caret, fortasse nonnullis omissis. Annales Mettenses ab initio usque in finem eadem manu scripti, et quamquam Reginonis Chronicon alia manu exaratum est, ratio tamen in utroque opere describendo eadem necnon utrumque eadem manu illuminatum, ita ut iam primitus unum codicem formasse videatur. Quoad rationem scribendi praepositio* post *semper* p̊, *vox* gentes *saepe* g̅s *abbreviata. Primis partibus manus recentior saec. XII. interdum argumenta rerum enarratarum nullius pretii inseruit.*

Liber ante aliquot annos in usus Monumentorum Germaniae Dunelmo benevole Berolinum transmissus ibi ex parte cum editione Chesniana Annalium Mettensium et F. Kurzii recensione Annalium regni Francorum collatus, ex parte exscriptus est. Quo apparatu nobis uti licuit.

Verum ut loquamur, codex Dunelmensis non modo aetate inferiore exaratus est, sed etiam optimus iudicari nequit. Librarius, quamquam nihil arbitratu suo mutavit nec nisi

1) *Cf. 'N. Archiv' XXII, p.* 694 *sqq. et quae ibidem in t. XXIV, p.* 399 *sqq. et XXV, p.* 177 *sqq. disserui.*

pauca omisit, nonnulla tamen, etiam praeter nomina propria, depravavit.

Attamen contingit nobis, ut non prorsus careamus adminiculis, quibus adiuti aliquando menda castigare vel omissa supplere valeamus. Praesto sunt, praeter fontes, ex quibus hi annales fluxerunt, et eosdem annales retractatos, fragmenta quaedam et excerpta, quae fere ad verbum cum nostris conveniunt, ita ut iampridem, ante quam V. Cl. Hampe codicem Dunelmensem vidit, viri docti antiquiorem quandam Annalium Mettensium recensionem exstitisse sibi persuaserint. Quorum partem etiam in SS. t. XIII, p. 26 *sqq. s. t. 'Annalium veterum fragmenta partim ex Mettensibus desumta' a Georgio Waitz*[1] *(W.) collectam habes.*

Et unum quidem idemque antiquissimum et amplissimum fragmentum iam fere 30 *annis ante Annales retractatos typis vulgatum est.* Fragmentum de Pippino duce *dico, quod Marquardus Freher in 'Corpore historiae Francicae' (Hanoviae* 1613*) p.* 168 *sqq. edidit*[2]. *Exstat in*

A 2) *codice Londiniensi musei Britannici, Arundel. nr.* 375, *membran., formae quadratae. Cuius fol.* 1—47'. *Liber historiae Francorum, fol.* 47'—72'. *Historia de excidio Troiae, fol.* 72'—75'. *fragmentum illud occupat. Textus, qui rubrica caret, in fine nonnullis foliis amissis est mutilus, ultima pagina valde detrita et maculis respersa. Nihilominus viro doctissimo W. Levison, qui a.* 1903. *collationem codicis in usum huius editionis instituit mecumque benigne communicavit, multo plura quam Frehero dignoscere successit. Codicem, de cuius patria nihil comperimus, ex continente, et regno quidem Francorum, originem ducere scriptura docet.*

Fol. 1—47'. *iam saeculo IX, reliqua, quae Historiam de excidio Troiae et fragmentum nostrum praebent, ab alio librario litteris multo minutioribus, tamen, si non IX, certe X.*[3] *saeculo exarata sunt. Litterae* e *et* i, o *et* u, c *et* q *more antiquo permutantur, aspiratio alibi desideratur, alibi abundat. Textus, quamquam haud spernendus, lacunis late*

1) *Praetermittenda duxit Fragmentum Londiniense, Fragmenta Werthinensia, Gesta abbatum Fontanellensium necnon Chronici Anianensis quae ad a.* 753—756. *spectant.* 2) *Inscripsit 'De Pipino Ansegisi F. Orientalium Francorum principe, et Maioredomus regni Austrasiae, cognomento Breui [sic], fragmentum insigne'.* 3) *Non saec. XI, ut in catalogo ('Catalogue of Manuscripts in the British Museum. New Series'. Vol. I. 'The Arundel Manuscripts'.* 1834*) p.* 110. *et 'Archiv' VIII, p.* 759. *perhibetur.*

hiantibus et multis mendis deformis est. Credideris librarium exemplar operis perantiquum, quod parum legere quiverit, ante oculos habuisse.

Plus ducenti anni transierunt, ecce post medium saeculum XIX. nova quaedam, quamquam nimis brevia, fragmenta eiusdem operis emersere. Quorum signo

A 3) *illa, quae in bibliothecae Caesareae* V i n d o b o n e n s i s *cod. nr.* 334. *et in tabulario regio* D u s s e l d o r p i e n s i *inventa sunt, comprehendimus.* D u s s e l d o r p i e n s e *uno folio minoris formae membranaceo novenorum denorum in pagina versuum constat, quorum quisque nonnullas litteras margini interiori proximas bibliopegae socordia recisas amisit. Exhibet a.* 752, *primis verbis exceptis, tum a.* 760. 761, *initium a.* 762. *Invenit hoc fragmentum tegumento interiori libri, qui ex bibliotheca* W e r t h i n e n s i *in tabularium Dusseldorpiense pervenerat, agglutinatum V. Cl. Th. I. Lacomblet b. m. et a.* 1862. *in 'Archiv für die Geschichte des Niederrheins' t. IV, p.* 218 *sq. in lucem emisit. Denuo edidit G. H. Pertz in SS. t. XX, p.* 1—7, *a.* 1868.

Paulo iam antea alterum fragmentum eiusdem codicis, olim monasterii S. Liudgeri Werthinensis, Antonius de Spaun in auctione librorum a. 1856. *Vindobonae facta emit, exinde primus W. Wattenbach in editione secunda operis celeberrimi 'Deutschlands Geschichtsquellen im Mittelalter bis zur Mitte des dreizehnten Jahrhunderts' (Berolini* 1866*), p.* 540, *mox Pertz in SS. t. XX. l. l. una cum Dusseldorpiensi s. t. 'Annalium Mettensium fragmenta Werthinensia', tertio G. Waitz in SS. t. XIII, p.* 31, *a.* 1881, *ediderunt. Est nonnisi superior pars unius folii, quae denis versibus utriusque paginae fragmenta a.* 784. *et* 785. *praebet. Scriptura codicis Werthinensis, cuius SS. t. XX. tab. I. specimen ostendit, est saeculi X. optima, lectio, etsi pauca omissa sint, bona.*

Accedunt, quae

A 4) *et A* 4*) *signavi, Fragmentum* B a s i l i e n s e *et* B e r n e n s e. *Quorum alterum, quod iam in bibliotheca* B a s i l i e n s i *asservatur, a V. Cl. I. Bächtold in libro olim fratrum Minorum Solodurensium repertum, ab eodem in 'Anzeiger für Schweiz. Gesch.'* 1872, *nr.* 4, *p.* 245 *sq., deinde a V. Cl. W. de Giesebrecht in 'Forschungen zur Deutsch. Gesch.' XIII (Gotting. a.* 1873*), p.* 627 *sqq., postremum a G. Waitz, in SS. t. XIII, p.* 27 *sq. editum*

habemus. Est folium membranaceum, vicenorum quaternorum in pagina versuum, qui a. 769. *mutilum, tum a.* 770. *et* 771. *et initium a.* 772 *exhibent.*

Alterum fragmentum, quod in bibliotheca Bernensi exstat, primum a V. Cl. H. Hagen exscriptum et a V. Cl. G. Meyer de Knonau in 'Forsch. z. D. G.' VIII (Gotting. a. 1868*), tum a G. Waitz in SS. t. XIII, p.* 30 *sq. editum, partes a.* 783. *et a.* 784. *et initium a.* 785. *continet, ita ut haec cum Vindobonensi conferre liceat. Scriptura fragmentorum Basiliensis et Bernensis, cuius specimina SS. t. XIII. tabula prima ostendit, itidem saeculi X, magna et aequalis, a codice tamen Werthinensi diversa; utriusque scripturam etiam inter se differre Waitz animadvertit, cum Kurze*[1] *eandem existimet. Equidem, quamvis prius litterarum similitudine fretus Kurzio assensum praebuerim*[2]*, re iterum perpensa, dubito, an litterae Bernensis paulo maiores, Basiliensis magis grossae videri possint. Accedit, quod in Basiliensi anni incarnationis dominicae colore rubro scripti, initia annorum litteris grandibus ornata, etiam personarum nomina propria colore rubro illuminata sint, quae omnia in Bernensi, cui numeri annorum nonnisi post in margine additi sunt, desiderantur. Alioquin idem in utroque studium sermonem quodammodo poliendi et variandi tam evidenter apparet, ut alterum et alterum eiusdem recensionis esse videatur.*

Hactenus de fragmentis. Transeamus ad excerpta, ex quibus iam R. Dorr in dissertatione sua inaugurali 'De bellis Francorum cum Arabibus gestis usque ad obitum Karoli M.' (Regimonti Pr. 1861*) priorem quandam Annalium Mettensium recensionem extitisse inter omnes primus collegit.*

Sane satis multa ex opere nostro et quae cum eo, paucis omissis sive ex aliis fontibus insertis[3]*, fere ad verbum conveniunt, in Chronicon Anianense (Anian.), scilicet recensionem Chronici Moissiacensis a monacho monasterii Anianensis interpolatam (SS. I, p.* 291—295. 304. 305*), transiere. Deprompta sunt ex a.* 734. 741. 747. 753. 754. 755. 756. 773. 774. 779. 800. *spectantque fere omnia ad historiam pontificum Romanorum.*

1) *'N. Archiv' XVII, p.* 118, *n.* 5. *XXI, p.* 30. 2) *Ibid. XXV, p.* 179. 3) *Unde iam satis eorum opinio reprobatur, qui Chronicon Anianense inter fontes Annalium Mettensium numerandum censuerunt. Cf. 'N. Archiv' XXIV, p.* 406 *sq.*

Itidem nonnulli loci annalium nostrorum, et quidem annorum 693. 732. 737. 739. 741. 750. *in Gestis abbatum Fontanellensium, ut vides in horum c.* 8. 9. 10. 12. 14. *(rec. S. Loewenfeld, SS. r. G. p.* 26 *sq.* 29. 32 *sq.* 35 *sq.* 43 [1]*) repetiti sunt* [2].

Praeterea partes operis nostri exscriptae sunt in Genealogia Dagoberti (Gen. Dag.) et Genealogia Pipini (Gen. Pip.), quas codex Paris. Latin. nr. 9422 *(Suppl. lat. nr.* 563*) membr. saec. XII, olim b. Mariae Aureaevallensis, fol.* 131—132′ *continet. Etiam scriptor Vitae Dagoberti III, libelli levissimi et falsis aut suspectis repleti, qui in eodem codice reperitur, annales nostros quibusdam locis* [3] *manifesto imitatus est.*

Magna ex parte Annales Lobienses (Lob.), SS. XIII, p. 227—231, *nostros, quamquam eos valde abbreviaverunt, sequuntur; non raro Chronicon Vedastinum (Vedast.), ib. p.* 696—704, *quoad a.* 802—805. [4] *etiam Annales Guelferbytani (Guelf.), SS. I, p.* 45 *sq., iisdem innituntur.*

At iam gradum sistamus, ne a certis ad incerta progrediamur. Haud concesserim id quod viri doctissimi statuerunt, sed mea sententia minime probaverunt, Annales Sithienses, Annales Fuldenses, Einhardum in Vita Karoli M., Poetam Saxonem, auctorem Breviarii quod Erchanberti dicitur, idem opus vel varias eiusdem recensiones adhibuisse. Etiam de Annalibus Laurissensibus minoribus [5] *dubito* [6].

Saeculo tamen XII. Annales nostri Mettenses vetustiores in eos, quos iampridem noveramus, iuniores translati sunt. Quorum codex

B 1) *archetypus, ut videtur, Cheltenhamensis nr.* 1853, *iam Berolinensis (Meerman. nr.* 141*), foliorum* 129 [7],

1) *Cf. 'N. Archiv' XVI, p.* 602 *sq.* 2) *Cf. praesertim Breysig, 'Karl Martell' p.* 114, *et Pückert, 'Berichte der k. sächsischen Gesellschaft der Wissenschaften. Phil.-hist. Cl.'.* 1884. *I. II, p.* 112, *n.* 7. *Quae a.* 693 *(p.* 16, *l.* 6 *sqq.) cum Gestis conveniunt, ea sane nonnisi post addita, non tamen ideo ex illis hausta sunt. Non ex nostris, sed ex Vita Gregorii III. (rec. II.), Lib. pont. ed. L. Duchesne I, p.* 420, *ea hausta sunt, quae Gesta etiam c.* 9, *p.* 28 *sq. de legatione papae ad Karolum Martellum missa referunt.* 3) *SS. rerum Merov. II, p.* 516. 518; *cf. 'N. Archiv' XV, p.* 557 *sq.* 4) *Minime iam inde ab a.* 791, *ut Kurze, 'N. Archiv' XXVIII, p.* 29, *contendit.* 5) *Cf. G. Waitz, 'S.-B. der Akad. d. W. zu Berlin'.* 1882. *p.* 399 *sqq.; Pückert l. l. p.* 106 *sqq.* 6) *Cf. etiam Dümmler in Wattenbach 'DGQ.' ed.* 7. *I, p.* 222. 7) *Cf. Val. Rose, 'Die lateinischen Meerman-Handschriften der Königl. Bibliothek zu Berlin'* (1892) *p.* 317 *sqq.; Waitz, 'N. Archiv' IV, p.* 589; *Wattenbach, 'DGQ.' ed.* 6. *II, p.* 125.

compilationem continet amplissimam, quae, nulla rubrica inscripta, ab historia fabulosa de origine Francorum ad saeculi decimi initia usque porrigitur. Primis partibus ex Historia Francorum Gregorii et Fredegarii scholastici quae dicuntur chronicis haustis, scriptor verbis Et quia de Pippino mencionem fecimus, quis quantusve fuerit, dicere non pigebit *ad annales nostros se vertit, quibus ad eorum finem usque usus est. Satis longe ita presse eos sequitur, ut nonnisi pauca ex aliis fontibus, Libro historiae Francorum, Annalibus Fuldensibus, Reginonis abbatis Prumiensis chronico*[1] *admiscuerit. Nec, etsi inde ab a.* 776. *fere magis Reginone innitatur, ideo annales nostros deseruit, quin immo, hic illic eorum verbis Prumiensis chronico insertis, nonnullos annos etiam tum omnino vel maiorem partem ex eis exscripsit. Ubicumque ex nostris hausit, orationem quidem aliquantulo cultiorem reddere studuit, sed perpauca mutavit. Plerumque aliquam coniunctionem (velut* vero, que, quoque, etiam*) interponere satis habebat, nonnisi rarissime verba parum accurate legit aut ea non satis intellexit. Hic illic a scriba homoeoteleuto in errorem ducto pauca praetermissa. Complura is, qui totum librum duabus manibus*[2] *exaratum relegit, non aliqua auctoritate, sed propria aestimatione innisus corrigere conatus est. Atramento is usus est alio, manus fere aequalis.*

Edidit hos annales iuniores, ut iam diximus[3]*, primus Franciscus Duchesne (Ch.) in opere 'Historiae Francorum Scriptores' inscripto, t. III, p.* 262 *sqq. (Paris.* 1641*). Qui, quamquam nonnisi apographo usus esse videtur, opus satis fideliter expressit, fontium tamen nonnisi partem exploravit. Omisit ea quae annum* 687. *praecedunt, tum a.* 814—829. *et narrationem a.* 830[4]—837. *ex Annalibus Bertinianis desumtam. — Recensionem Chesnianam repetiit D. Bouquet in tomis II. III. V. VI. VII. VIII. collectionis suae, qui etiam, ubi necesse videbatur, veros annos in margine apposuit notasque non spernendas adiecit. — Quos secutus G. H. Pertz (P.) et ipse in Monumentorum Germaniae hist. tomo primo, p.* 316 *sqq., Chesniana editione*

1) *Quod etiam in codice Dunelmensi post Annales Mettenses priores inveniri supra (p. V) memoravimus.* 2) *Quarum tamen prima longe maximam partem scripsit.* 3) *Cf. supra p. V.* 4) *Gesta anni* 830. *in hac compilatione bis, semel ex Annalibus Mettensibus prioribus, tum ex Annalibus Bertinianis referuntur; cf. Wattenbach, 'N. Archiv' XVI, p.* 607. *et infra p.* 105, *n.* 1.

usus est. Alioquin ad hos annales iudicandos studiorum suorum primitiis de Francorum maioribus domus[1] *bene instructus, non modo nonnulla emendavit, sed etiam fontes indicare studuit, quamquam in his dignoscendis iam ideo nonnumquam in errorem inductus fuit, quia hanc compilationem antiquiore inniti ignorabat*[2]. *Nec minus iure quidem Fragmentum Freherianum de Pippino duce, quod Chesnius neglegendum duxerat, in subsidium novae editionis adhibuit, sed ita interdum textum priorem cum recentiore permiscuit. Ceterum, quoniam totum opus ex aliis compilatum perspexit, etiam pluribus quam Chesnius fecerat omissis, annos* 687—768. *et priorem narrationem de a.* 830. *denuo edere, praeterea locos quosdam a.* 770. 771. 778. 783. 790. 799. 800. 803. 804. 805. *Annalibus regni Francorum (quos Annales Laurissenses et Einhardi Annales nuncupavit) adscripsisse*[3] *satis habuit. — In usus nostros postquam v. d. Marius Krammer annorum* 687—768. *et eorum quae de a.* 830. *ex Annalibus Mettensibus prioribus hausta sunt recensionem Pertzianam cum codice Berolinensi diligenter contulit, deinde v. d. B. Schmeidler a.* 687—775. *etiam ex eodem accurate exscripsit, postremum V. Cl. O. Holder-Egger lectiones annotavit.*

Est vero iudicandum, compilatorem iuniorem annales priores non tam ipsum retractasse, quam retractatos accepisse. Quod inde concludere licet, quod partes formae huius recentioris iam in

B 2) *codice* P a r i s i n o *nr.* 5017, *saec. XI, olim S. Arnulfi Mettensis, manu saec. XII. Reginonis chronico a.* 777. 778. 783. 792. 793. 800. 802. 803. 804.[4] *additas reperimus. Textus locorum additorum, etsi aliquando paulum mutilus, a.* 777. *et* 803. *servatis quibusdam verbis, quae in codice Berolinensi praetermissa sunt, propius ad Annales Mettenses priores accedit*[5]. *Manus, ut viris harum rerum peritissimis specimine codicis*[6] *Parisiis benevole transmisso oculis cernere licuit, ab eorum, qui librum Berolinensem*

1) *'Die Geschichte der Merowingischen Hausmeier'. Hannover.* 1819.
2) *Etiam multo magis ea in re Bonnell, 'Die Anfänge des karolingischen Hauses' p.* 159. *erravit, quamquam plura ex ignoto fonte fluxisse animadvertit. Quae Reginoni deberentur, utroque accuratius iam Chesnius (l. l. p.* 282. 290. 292) *discrevit.* 3) *SS. I, p.* 148. 158. 164. 176. 186. 191—193. 4) *Cf. Reginonis chronicon rec. F. Kurze, SS. r. G. p.* 51. 52. 54. 58. 61. 64. 5) *Cf. infra p.* 66, *l.* 3. 90, *l.* 9. 6) *Fol.* 60. *adversi, quod a.* 802. *inde a verbis* de Constantinopoli *et maximam partem a.* 803. *praebet.*

exaraverunt, plane diversa et quidem antiquior. Unde eum qui haec adscripsit neque, ut ego prius duxi[1], ex annalibus iunioribus, quales codex Berolinensis continet, hausisse neque, ut F. Kurze[2] autumavit, eundem qui eos scripserit fuisse apparet.

Fontibus Annales Mettenses priores praecipue Chronicarum quae dicuntur Fredegarii continuationibus et Annalibus regni Francorum[3] utuntur, illis quidem initio, mox ab a. 742. usque ad 768. (ubi continuationes Fredegarii desinunt) modo illis tum his, deinde usque ad a. 829. Annalibus regni Francorum innisi. Raro inveniuntur quae propius ad Annales qui dicuntur Einhardi accedant, neque inde concludere licet scriptorem etiam posteriore illa Annalium regni Francorum recensione usum esse. Potius statues forte olim exemplum quoddam exstitisse, ab Annalibus regni Francorum paulo diversum, quo cum eis qui supersunt et Annalibus q. d. Einhardi etiam Mettenses nitantur. Perpauca cum Annalibus Petavianis vel Laureshamensibus conveniunt. Nequaquam tamen omnia Mettenses illis fontibus debent, immo referunt quoque, quae alibi frustra quaeras et unde ipsi sumpserint nescimus. Librum pontificalem adhibitum[4] esse non concesserim. Etiam de Chronico illo Aquitanico, ex quo R. Dorr[5] paucos quosdam locos depromptos esse censet, nihil certi affirmare ausim.

Ratio, qua scriptor fontibus usus est, vehementer reprehendenda, ut severum quidem, sed iustum iudicium, quod H. E. Bonnell[6] de Annalibus Mettensibus posterioribus fecit, iam in priores transferre oporteat. Haud raro, quae

1) 'Zeitschrift für die Gesch. des Oberrheins. N. F.' IX, p. 219 sq. 2) 'N. Archiv' XXVIII, p. 21. Etiam minus probandum mihi videtur id quod Kurze proposuit, hunc scriptorem fortasse utramque annalium recensionem adhibuisse. 3) De recensione vel de recensionibus Annalium regni Francorum, quibus nostri innitantur, accuratissime H. Wibel in libro 'Beiträge zur Kritik der Annales Regni Francorum und der Annales q. d. Einhardi' inscripto (Argentorati 1902) p. 22 sqq. quaesivit, quamquam non omnia mihi probasse videtur. Duas compilationes in libro nostro dignoscere sibi visus est, quarum in altera diversa Annalium regni Francorum recensio adhibita sit. Mihi quidem hoc tantum certum videtur, librum eius classis adhibitum, quam Kurze littera C signavit, qualem etiam scriptorem Vitae Hludowici imperatoris, quem Astronomum dicunt, ex cap. 42 (SS. II, p. 632; cf. Simson, 'Ludwig der Fromme' II, p. 298, n. 4) ante oculos habuisse apparet. 4) Id quod Pertz, SS. I, p. 295, n. 3. 4, et Pückert l. l. p. 118 sq. voluerunt. Taceo de epistulis paparum, quas hic auctori notas fuisse opinatur. 5) L. l. p. 41 sq. 6) In libri iam memorati excursu VII. (p. 157 sqq.), ubi de Annalibus Mettensibus satis fuse egit.

iam ex uno fonte relata fuerunt, eadem ex altero iterantur; quaedam ex arbitrio multiplicata aut transposita; interdum, ubi fontes inter se differunt, discrepantia neglegentissime coniuncta. Accedit, quod ordo temporum in primis partibus ad a. 752. usque valde turbatus est. In iis, quae non ex fontibus notis hausta sunt, nonnulla fidei satis suspectae, alia manifesto fabulosa et commenticia, fuco quodam rhetorico illita. Alibi scriptor rebus deficientibus nonnisi verba profert. Egregie de his G. H. Pertz[1], cuius iudicium etiam P. Roth[2] suum fecit. Alioquin apparet consilium laudes Karolorum sive, ut hic[3] vocantur, Pippiniorum canendi[4]. Horum virtutes meritaque ad coelum efferuntur. Hi veri regni Francorum domini heredesque, etiam Merovingis verbo non re regnantibus, et qui imperium optimo iure obtinuerint, praedicantur.

Nihilo secius idem liber nonnulla haud contemnenda, immo digna quae sequamur servavit. Quare Leopoldus de Ranke[5], historicorum nostrorum princeps, Annales Mettenses iuniores, utcumque sunt, non parvi aestimandos duxit et quae ad res gestas cognoscendas afferre viderentur, luculenter, ut solitus, exposuit. Et ille quidem nonnisi de primis annalium partibus egit, quas ex libro quodam singulari ad probanda gentis Karolinae incrementa scripto translatas putavit. Sed idem opus et postea, velut a. 789. 790, praesertim a. 803. 804. 805, non ita pauca tradit, quae in Annalibus regni Francorum desiderata, attamen fide digna auctorem familiari, ne dicam intima, rerum notitia imbutum prodant.

Stilus, quamquam initio quodammodo unctior et magis grandiloquus, in universum semper idem, eaedem locutiones saepissime repetitae, ita ut vel in brevissimis additamentis eundem auctorem deprehendas. Poetarum Latinorum Vergilii et Horatii pauca quaedam vestigia inveniuntur. Paulo

1) SS. I, p. 314: 'Auctor veteres sibique probatos [sc. fontes] ita descripsit, ut plerumque ipsorum verba retineret, nonnumquam, arte quadam historica uti sibi visus, proprium ex diversis filum texeret, et tunc quidem fidei satis suspectae, cum rebus deficientibus verba facere et pro veritate fuco quodam rhetorico proposito, lectorum oculos in se convertere velle haud dubie videatur'. 2) 'Geschichte des Beneficialwesens' (Erlangae 1850) p. 148. 3) P. 20, l. 17. 4) Quod clarius Pertzio ('Die Gesch. der Merowing. Hausmeier' p. 170 sq.) Chr. Fr. Stälin ('Wirtembergische Geschichte' I, p. 179, n. 2. 180, n. 1. 183, n. 5) perspexit. 5) 'Weltgeschichte' V, 2, p. 292 sqq., in analectis. Cf. etiam Hahn, 'Jahrbücher des fränkischen Reichs 741—752.' p. 47.

saepius scriptor, quippe qui haud dubie clericus fuit, sermonem Bibliae Vulgatae dictis adornavit[1].

Novi coniecturas argutas sane, quas V. Cl. F. Kurze[2] *de origine operis variisque eius recensionibus proposuit. Sed, ut iam prius feci*[3], *fateor me eum in tam difficili et contorta re sequi non posse et, quae probasse arbitretur, ea mihi ne probabilia quidem videri.*

Id a verisimili non abhorret scriptorem libri, quem codex Dunelmensis continet, sua iam ex opere quodam exscripsisse, quod narrationem non ultra annum 805. *deduxerit. Quoad annos* 806—829. *nihil habuisse videtur, quod Annalibus regni Francorum adiceret, eos ad verbum transscribere contentus. Quae postremo de rebus a.* 830. *gestis subiunxit, ea aut suo Marte scripsit aut novo ex fonte hausit. Alibi, velut a.* 693. 763. 779. 785. 801. 804[4], *auctor verbis* ut superius retulimus, ut praediximus *similibusve lectorem ad locos, ubi iam eadem narraverit, revocat; hic Iudith imperatrix, Ludovici Pii coniux altera, quasi quae nondum commemorata sit, inducitur, etsi iam a.* 819. *imperatorem eam duxisse scriptum sit. Sermo quoque a prioribus diversus, nimis incultus et qui quandam similitudinem operum illorum quae Aldrico episcopo*[5] *Cenomannis conficiebantur, Gestorum Aldrici videlicet et Actuum episcoporum Cenomannis in urbe degentium, referat*[6]. *Manifestius eadem narratio fautorem acrem imperatricis Iudith et filii eius Karoli prodit*[7].

Porro fragmenta supra memorata librum hoc modo congestum iam saeculo X, excerpta quae ex eo deprompta sunt eum etiam saeculo IX. ineunte exstitisse probant. Gesta abbatum Fontanellensium inter annos 834. *et* 845. *litteris mandata sunt. Etiam prius Annales Guelferbytani exarati*

1) *Cf. etiam Bonnell l. l. p.* 165 *sq., cui tamen vix concesserim scriptorem commentarios Iulii Caesaris imitari conatum esse.* 2) *'N. Archiv' XXI, p.* 29 *sqq. XXVIII, p.* 9 *sqq.* 619 *sqq.* 3) *'N. Archiv' XXV, p.* 179. 4) *P.* 16. 52. 68. 72. 88. 92. 5) *Qui a.* 856. *defunctus est.* 6) *Cf. 'N. Archiv' XXIV, p.* 418 *sq.; Simson, 'Die Entstehung der pseudoisidorischen Fälschungen in Le Mans' (Lips.* 1886*) p.* 65 *sqq.; J. Havet, 'Bibl. de l'éc. des chartes' LIV, p.* 632, *n.* 1; *Geo. Lurz, 'Ueber die Heimat Pseudoisidors' (Monaci* 1898*) p.* 35 *sq.* 39, *n.* 4. 54 *sqq.* 7) *Cf. Simson, 'Ludwig der Fromme' I, p.* 341, *n.* 1. *Id quoque animadvertendum Aldricum itidem partes imperatricis et Karoli secutum esse necnon priores operis nostri partes plura quam alios fontes de rebus Cenomannicis et Brittannicis proferre; cf. 'N. Archiv' XXIV. l. l. XXV, p.* 180. *Ante quam (a.* 832*) sedem Cenomannensem obtinuit, Aldricus clericus Mettensis fuit.*

videntur, quorum prima manus, quamquam adiectis annorum 806—813. *numeris, itidem a.* 805. *desinit. Accedit, quod excerpta et fragmenta, praesertim Genealogia Dagoberti et Chronicon Vedastinum, Fragmentum Londiniense quoque, hic illic veram lectionem pro depravata libri Dunelmensis et Annalium posteriorum praebeant.*

Numeri annorum in codice Dunelmensi plerumque desiderantur. Exstant tamen initio et deinde ad a. 710. 711. 712. 713. 731. *Praeterea anni* 745—753. 755—759.[1] *verbis* Hoc anno, *omisso numero, incipiunt. Item initia annorum vel alios locos, praesertim eos, qui verbis* Eodem anno *sive similibus pergunt, litteris initialibus, alternis vicibus rubro tum viridi colore pictis, ornatos videmus. Fragmento Bernensi annos nonnisi post in margine additos esse iam diximus*[2]. *Indicantur in Londiniensi (a.* 688. 691. 692*) et Dusseldorpiensi et Basiliensi, semper in recensione secunda. Quare nomen* a n n a l i u m *retinere fas duxi. Liber Basiliensis, olim Solodurensis, opus etiam in capita distinctum habet, ita ut singulis annis incarnationis dominicae numerus capitis praepositus sit. Annus* 769. *numero* 56. *signatus et sic deinceps. Unde W. de Giesebrecht colligendum putavit, recensionem, cuius id fragmentum habemus, nonnisi ab a.* 714. *sive paulo ante initium sumpsisse. At si haud paucos,* 24 *omnino, annos in annalibus nostris praetermissos reputaveris, non dubitabis, quin ille liber non secus ac Dunelmensis ab a.* 688. *inceperit.*

Annales posteriores in ecclesia sancti Arnulfi Mettensi conscriptos esse Chesnius, cum codex Iacobi Sirmondi ex illa ecclesia provenisset[3], *pro certo habuit ideoque 'Annales Francorum Mettenses' nuncupavit. Codicem chronici Reginonis Parisinum, cui manus saec. XII. nonnulla ex recentiore annalium nostrorum contextu adiecit, itidem olim S. Arnulfi Mettensis fuisse iam*[4] *commemoravimus. Arnulfum episcopum Mettensem omnium Francorum coram Deo et hominibus patronum praecipuum habitum etiam Annales priores praedicant*[5]. *Neque id neglegendum est, quod scriptor noster aeque ac quaedam tabulae spuriae pro ecclesia S. Arnulfi confictae Pippini maioris filium Drogonem ducem Campaniae falso ducem Burgundionum faciat*[6].

1) *Annis* 746—749. 750. 751. *eadem verba in codice Berolinensi quoque adscripta erant, post erasa sunt.* 2) *Cf. supra p. VIII.* 3) *Cf. 'Historiae Francorum Scriptores' l. l. p.* 262. 333. 4) *Cf. supra p. XI.* 5) *Cf. p.* 3; *'N. Archiv' XXV, p.* 183, *n.* 2. 6) *Cf. infra p.* 16, *n.* 4.

Accedit, quod semel vel bis cum Historia Langobardorum Pauli diaconi, qui aliquamdiu in quodam urbis Mettensis monasterio vixisse videtur, epitaphia Karoli M. uxoris Hildegardis illiusque sororum et filiarum in ecclesia S. Arnulfi sepultarum composuit, Angilramno episcopo petente, Gesta episcoporum Mettensium scripsit, convenit[1]. Quare Annalibus prioribus non minus quam retractatis Mettensium nomen[2] servavimus.

Satis argute quidem, sed vereor ne ingeniosius quam verius, W. Pückert b. m., vir de his rebus indagandis alioquin optime meritus, compilationem usque a. 805. in monasterio S. Dionysii scriptam esse demonstrare conatus est. Cuius vestigia secutus F. Kurze vel eo processit, ut eam sine probabili causa Fardulfo Langobardo, illius monasterii abbati, qui a. 806. decessit, ascriberet[3].

Annales priores, qui diu delituerunt, sive fontem eorum, cum textum non semel in diversis locis scriptum et ab aliis chronicorum sive annalium scriptoribus adhibitum esse animadvertamus, olim in plurium manus devenisse apparet. Iunioris recensionis praeter librum Berolinensem et codicem Chronici Reginonis, qui olim S. Arnulfi fuit, vestigia certe nonnisi rarissime inveniuntur[4].

Annalibus vetustioribus, qui nunc in lucem revocantur, cum iunioribus, quos iam diu noveramus, collatis intelleges perpauca quidem, sed non plane contemnenda in recensione posteriore excidisse, quae iam priore recipiamus. Multo tamen maioris aestimanda sunt quae Annales Mettenses priores ad progeniem et compositionem fontium aevi Karolini accuratius dignoscendam afferunt.

Menda quae in codice Dunelmensi offendimus magna pro parte, ut iam dixi[5], inscitiae vel incuriae librarii tribuenda esse apparet, ut nonnulla etiam ex Annalibus posterioribus corrigi possint. Alia quae in Annalibus posterioribus

1) Cf. infra p. 2, n. 1. 26, n. 5; Breysig, 'Karl Martell' p. 46, n. 6. 115. 2) Aliam patriam, regionem scilicet circa Laudunum vel Perronam sitam, unus Bonnell l. l. p. 176 sqq. iis assignavit. 3) Quam opinationem etiam V. Cl. Dümmler b. m. improbavit; cf. Wattenbach. 'DGQ.' ed. 7. I, p. 222. Scriptor quin Francus fuerit, dubitare desii, cum animadverterem eum Francos 'nostros', legatos Karoli M. 'nostros legatos' usurpare. Cf. a. 776. 799. 803, p. 65. 83. 89. 4) Ne id quidem, quod L. C. Bethmann (SS. VI, p. 275, n. 54) voluit, Sigebertum Gemblacensem, qui chronographiam suam iam primis annis saec. XII. scripsit, ea usum esse pro re plane approbata accipere velim. 5) Cf. supra p. V sq.

eadem occurrunt manifesto iam scriptor huius, quod exstat, operis, et ipse homo hebetis ingenii, commisit, ita ut hic veram lectionem indicare quidem, restituere non liceret.

In notis, quas addidi, id maxime mihi agendum censui, ut, quatenus annalibus nostris fides adhibenda, quatenus neganda sit, discernerem; praeterea non pauca de eorum sermone collegi. Quoad partes ex Continuationibus Fredegarii sive Annalibus regum Francorum excerptas ea quae B. Krusch et F. Kurze VV. Cll. in editionibus ad nomina personarum ac locorum illustranda attulerunt ob commoditatem lectoris transferre non incongruum nec illicitum putavi.

Iam vero restat, ut viris clarissimis et doctissimis, qui in hoc opusculo edendo consilio et ope benignissime me adiuverunt, immo magnam partem operae susceperunt, praecipue Oswaldo Holder-Egger, qui plagulas quoque correxit, tum K. A. Kehr b. m., M. Krammer, W. Levison, B. Schmeidler, qui indicem quoque adiunxit, gratias agam maximas.

Dabam Friburgi Brisigavorum a. d. IV. Non. Aug. a. MDCCCCV.

B. DE SIMSON.

---

*Anno ab incarnatione domini nostri Iesu Christi DCLXXXVIII.[a, 1] Pippinus[b] filius[c] Ansegisili[d] nobilissimi quondam[e] Francorum[f] principis[g] post plurima prelia magnosque triumphos a Deo sibi concessos orientalium[h] Francorum glorioso genitori feliciter succedens[2] suscepit principatum[i]. Cuius memorabilium gestorum[k] commenta, quae ante principatum seu in principatu peregerit[c], cunctis Francorum populis declarata[l] coruscant. Principium[m] tamen insignis[n] victoriae et perpetuae laudis cumulus extat[o], quod adhuc in pueritiae[p] flore positus indebitam gloriosi genitoris sui necem[3] auxilio divine virtutis inestimabili[4] prosperitate ultus est. Auctorem[q] enim infandi facinoris, alienis deliciis affluentem, subita irruptione[r] interimens, puerili quidem manu, sed[s] heroica ferocitate prostravit, haud[t] aliter quam ut de David[u] legitur, quod Domino gubernante

*f. 2a. c. 678.

a) *sic Gen. Dag.;* DCCLXXXVIII. *A* 2; DCLXXXIIII. *A* 1; DCLXXXVII. *B* 1. b) Pipinus *A* 2 *plerumque, rarius* Pippin. c) *om. A* 2. d) ansegiseli *B* 1; ansigisi *Gen. Dag.* e) condam *A* 2. f) Fracorum *A* 2. g) princ. Franc. *A* 1. h) oritalem *A* 2. i) pricipatum *A* 2. k) *om. B* 1. l) declata choruscant *A* 1. m) *littera* i *ultima ex* a *correcta A* 2. n) insigis *A* 2. o) comulus extitit *A* 2. p) puericie *A* 2. *B* 1. q) Autorem *A* 1. r) inruptione *B* 1; inrupcione *A* 2. s) et *A* 1. t) haut *A* 2. u) dauit *B* 1.

1) *Cont. Fredeg. c.* 3. *(ex Lib. hist. Franc. c.* 46*):* In Auster quoque, mortuo Vulfoaldo duce, Martinus dux et Pippinus, filius Anseghysilo quondam Franco nobile, dominabantur, defunctis regibus. *Cf. Mühlbacher, Regesta imperii I,* 1, *ed.* 2, *nr.* 4*b; Br. Krusch, SS. rerum Merov. II, p.* 579. 2) *Pippini pater nunquam Austrasiorum principatu vel maioredomatu potitus erat. PERTZ. Neque, ut etiam Bonnell, 'Die Anfänge des karolingischen Hauses' p.* 102, *n.* 2, *atque Mühlbacher l. l. nr.* 2*d voluerunt, ex illo et Adalgisilo, cui Chronicae, quae dicuntur Fredegarii scholastici IV, c.* 75, *SS. rerum Merov. II, p.* 159, *gubernationem Austrasiae cum Chuniberto Coloniae episcopo commissam esse referunt, unam personam facere licet; cf. ib. p.* 578 *sq.* 3) *Quam Sigebertus monachus Gemblacensis in Chronographia, SS. VI, p.* 327, *ad arbitrium anno* 685. *posuit; cf. Bonnell l. l. p.* 150. 183; *Mühlbacher l. l. nr.* 2*h.* 4) *Cf. infra p.* 12, *l.* 14. 15 (inestimabili pietate).

immanem[a] Goliam puerili ictu[b] proprio gladio vita capiteque spoliavit[1]. Interempto[c] itaque crudelissimo tiranno[d, 2] nomine Gundewino[e, 3], cum satellitibus suis opibusque ipsius suis fidelibus distributis[4], Pippini virtus[f] atque victoria longe lateque vulgabatur[g]. Interea duces ac optimates[h] Francorum, quos gloriosus genitor eius nutriverat magnisque olim[i] honoribus[k] exaltaverat[5], audita nequissimi tiranni[l] perditione[m], immenso repleti gaudio[6] ad Pippinum properant seque cum omnibus[n] quos gubernabant suae ditioni[o] mancipant[7]. Ad solacium autem prestante Domino tantae rei publicae[p, 8] administrationis erat ei[9] gloriosa genitrix[p*], cunctis laudibus digna, nomine Begga[q], filia Pippini precellentissimi[10] quondam principis[11], qui populum inter Carbonariam silvam[12] et Mosam fluvium et usque ad Fresionum[r] fines vastis limitibus habitantem iustis legibus gubernabat. Sane quia huic masculini[s] sexus proles defuerat[13], nepoti suo Pippino superstiti nomen[t]

a) inmanem *B* 1, *et sic saepe* inm. *pro* imm. *A* 2. *B* 1, *saepe* īm. *A* 2. *B* 1. b) prosternens *add.* *A* 2. c) In opibusque ipsius, *mediis omissis* *A* 2. d) tyranno *B* 1 *hoc loco.* e) gundouuino *B* 1. f) uirtutis *B* 1. g) diuulgabatur *A* 1. h) ob(ti *superscr.*)mates *A* 2. i) *om.* *A* 2. k) onoribus *A* 2. l) tyranni *A* 2. m) perdictione *A* 2. n) homnibus *A* 2; hominibus *P.* o) sue ditione *A* 2. p) tante regi pullice *A* 2. p*) genetrix *A* 2; *item deinde.* q) Bega *A* 2. r) frisionum *A* 1; Fresionem *A* 2. s) masculi *A* 2. t) supersticionem *A* 2.

1) *Similia et quae fabulae nucleum praebuisse possint, ut iam Pertzius monuit, in Pauli Historia Langobardorum VI*, 37, *SS. rerum Lang. p.* 177 *sq., leguntur:* Aput regnum Francorum tunc temporis Pipinus optinebat principatum. Fuit autem vir mirae audaciae, qui hostes suos statim adgrediendo conterebat. Nam supra quendam suum adversarium, Rhenum transgressus, cum uno tantum satellite suo inruit eumque in suo cubiculo residente cum suis trucidavit. *Cf. quae Bonnell l. l. p.* 119, *n.* 2. *attulit.* 2) *Cf. infra p.* 6, *l.* 8: prostratoque immanissimo tiranno. 3) *Sigebert. l. l.:* Ansigisus pater Pipini a Gunduino perimitur, quem ipse inventum et nutritum de sacro fonte susceperat et ad maximos militiae honores provexerat. *Quae L. C. Bethmann nullo iure ex Vita Leodegarii assumpta esse annotat.* 4) *Cf. infra a.* 772: aurumque et argentum suis fidelibus distribuit. 5) *Cf. Roth, 'Gesch. des Beneficialwesens' p.* 148. 6) *Cf. infra p.* 3, *l.* 2; *a.* 690: magno repletus gaudio; 753: magno repletus est gaudio; 717: magna indignatione repleti. 7) *Cf. infra a.* 692. 744. 777 (se cum omnibus quos regebant ditioni domni regis Caroli subdiderunt), 803. 8) *Cf. infra a.* 714: tantae potestatis — tanti regni. 9) *Cf. infra p.* 3, *l.* 18. 10) *Hoc verbo nostri saepius utuntur; cf. infra a.* 691. 716. 740. 755. 770. 784; *W. de Giesebrecht in 'Forschungen zur Deutschen Geschichte' XIII, p.* 630; *Waitz, 'VG.' ed.* 2. *III, p.* 244, *n.* 4. 11) *Pippini senioris, maioris domus in Austrasia, qui a.* 640. *decessit.* 12) *'Kohlenwald', pars Arduennae silvae a Scaldi fluvio ad orientem sita; cf. infra a.* 690. 13) *Haec omnia veritati repugnare*

cum principatu dereliquit. Predicta autem[a] matrona[b] Begga[c], repleta omni prudentia[d], filium[e] suum Pippinum cotidie[f] salutaribus *alloquiis ammonebat[g], ut sese[h] *f. 2b. regno futuro inter adolescentiae[i] erudimenta[k] sine iniquitatis contagione Domino adiuvante servaret. Ipse vero gratia divina preditus cunctas salubres suae[l] genitricis ammonitiones[m] strenuis preveniebat moribus. Tanto[n] enim prudentiae[o] lumine[p] radiabat, ut grandevis et maioribus natu populis[q, 1] ipsi subiectis[r] maximam admirationem[s] ingereret. Nam[t] iustitiae[u] rigor, fortitudinis invicta soliditas et temperantiae[v] moderamentum talem in adolescentis pectore sibi locum sponte adsciverant, ut non solum naturali insertione, quod ab invictissima[w] parentum prosapia possederat, sed etiam divina inspiratione virtutum[x] sibi omnium fontes a cunctis quos regebat populis absque ulla dubitatione patentes esse crederentur. Ad solidandum quoque ipsius imperii fundamentum erat ei[2] agnatione[y] propinquus[*, z, 3] quidam vir plenus virtutibus[a], Arnulfus nomine, Metensis[b] urbis episcopus[4]. Hic omnium Francorum coram Deo et hominibus[c] patronus precipuus habebatur. Ipse illum nichilominus[d] sacris monitis, divinis et humanis frequentissime, ut ad potiora convalesceret, roborabat disciplinis. Ille vero non tardus auditor in cunctis sese[h] feliciter[e] mandatis et iustificationibus Domini exer-

*) avus *B* 1. *Gen. Pip.*

a) itaque *A* 1. b) nomine *add.* *A* 2. c) Becga *h. l.* *A* 1; Bega repleti *A* 2. d) pudicitia *A* 1. e) quasi filium suum *Gen. Pip. (cf. 'Zeitschr. für die Gesch. des Oberrheins' N. F. IX, p.* 219*).* f) cottidie *B* 1. g) admon. *A* 1. h) se *A* 2. i) adulescencie *A* 2. k) rudimenta *A* 2. l) ut sue *Gen. Dag. (cf. 'Zeitschr. für die Gesch. des Oberrheins' l. l.).* m) admonitiones *A* 1; ammoniotionis *A* 2. n) Tunc *A* 2. o) prudencie *A* 2. *B* 1. p) limine *A* 2. q) *sic* *A* 1. *B* 1; pp̃ *A* 2; Pippinus *perperam corr. P.* r) subiecta *A* 2. s) ammiracionem *A* 2. t) Nam — fundamentum (*l.* 18) *om.* *A* 2. u) iusticie *B* 1. v) temperancie *B* 1. w) indictissima *B* 1. *Ch.;* inclitissima *P.* x) virtutum — dubitatione *om.* *B* 1. y) *ita* *A* 1; agnacione *A* 2; hac natione *Gen. Pip.;* agnitione *B* 1. z) propincus *A* 2. a) plenus virt. *om.* *A* 2. b) mettensis *B* 1. c) omnibus *A* 2. d) nihil. *A* 2 *semper.* e) in *add.* *A* 2.

nemo nescit. PERTZ. *Pippini filius Grimoaldus, maior domus in Austria, iam filium suum in solio ponere ausus, hoc facinus morte crudeli luit a.* 656. 1) *I. e. hominibus.* 2) *Cf. supra p.* 2, *l.* 12: Ad solacium autem prestante Domino tantae rei publicae administrationis erat ei. 3) *Avus. Nescio, an nostri Karolos a sacerdote prognatos consulto occultare voluerint. Cf. Rettberg, 'Kirchengeschichte Deutschlands' II, p.* 650 *sqq.; Wattenbach, 'DGQ.' ed.* 7. *I, p.* 182, *n.* 3. 4) *Arnulfum, qui iam a.* 629. *episcopatu abdicato in solitudinem recessit, in educando Pippino nepote partes suscepisse, pro commenticio habendum; cf. Pertz ad h. l.; L. de Ranke, 'Weltgeschichte' V,* 2, *p.* 293.

cebat. Porro matertera[a] ipsius[b], virgo Domino[c] consecrata[d] Geretrudis[e] vocabulo, quae se ab infantiae[f] cunabulis[g] gratia Dei repleta immortalis Domini servitio mancipavit, constructoque monasterio in loco qui vocatur Nibgella[h, 1] in hereditate[h*] propria una cum genitrice sua Itaberga[i, 2] dignum Domino[k] cum turma plurima virginum servitium rependebat[3]. Haec[l] itaque adolescentis[l*] animum inter primeve [potestatis[m]] gaudia exultantem caelestis disciplinae fructuoso[n] imbre rigabat. Horum igitur, ut ita dixerim[4], sanctorum propinquorum monitis sanctissimisque exhortationibus[o] confortatus per iustitiae[p] semitas ad regni gubernacula sine offensione gradiebatur. Confluebant autem ad aulam ipsius universi optimates[p*] cunctorum orientalium Francorum, et[q] *f. 2c. factus est illis contra *omnes emulos defensor et iustissimus in corrigendis moribus dominator.

Anno[r] ab incarnatione domini nostri Christi Iesu DCLXXXVIII.[5] Pippinus[s] successibus prosperis orientalium Francorum, quos illi[t] propria lingua Osterliudos[u] vocant[v], suscepit principatum[6]. Hinc Suavos et Baiowarios[w, 7] et Saxones[x] crebris[y] irruptionibus frequentibusque preliis contritos sue ditioni subiugavit. Hae[z] enim[a] gentes olim[b] et aliae[c] plurimae multis sudoribus adquisitae Francorum summo obtemperabant[d] imperio. Sed[e] propter desidiam regum et domesticas dissensiones[f] et bella civilia, quae[g] in multas partes divisi regni ingruerant[h], lęgitimam[i] dominationem deserentes, singuli

a) materterea *A* 2. b) erat *alia manu paulo recentiore et alio atramento add. B* 1. c) domini *A* 1. *Gen. Pip.* d) sacrata *A* 2. e) Gertrudis *B* 1. *Gen. Pip.* f) infanciae *A* 2; infancie *B* 1. g) cuna(libus *in litura*) *A* 2. h) niuigella *Gen. Pip.*; niuella *B* 1. h*) ereditate *A* 2. i) *sic A* 2; Niberga *A* 1; idiberga *Gen. Pip.*; iuberga *an* uiberga *scriptum sit, parum liquet B* 1. k) deo *A* 2. l) Hec *A* 2. *B* 1. l*) adulesc. *A* 2. m) *sic A* 2. *Gen. Pip. P.*; etatis *B* 1; *om. A* 1. n) fructuose *A* 2. o) exort. *A* 2. *B* 1. p) iusticie *A* 2. *B* 1. p*) obtim. *A* 2. q) et — dominator *om. A* 2. r) Anno — DCLXXXVIII. *om. A* 1. s) Pippinus — orientalium *om. A* 2. t) illa *A* 2. u) osterleudos *A* 2; osterlindo *B* 1. v) Anno silicet *[sic]* incarnationis Domini DCLXXXVIII. *add. h. l. A* 2. w) Bauuuarios *A* 2; baioarios *B* 1; Toringos *add. A* 2 *(cf. etiam Vedast.)*. x) Saxxones *A* 2. y) creb(r *superscr.*)is inrupcionibus *A* 2. z) Hęę *A* 1; He *A* 2. *B* 1. a) etenim *A* 2. b) *om. A* 2. c) alie *A* 1; alię *B* 1; alne *A* 2. d) optemp. *A* 2. e) Set *saepe A* 2; S; *plerumque B* 1, *aliquoties* sed. f) disensiones *A* 2. g) q; *A* 2. h) ingrue:rant, *eras.* r (?) *A* 2. i) legit. *A* 2. *B* 1.

1) *Nivelles in Brabantia.* 2) *Itta sive Iduberga, Pippini senioris uxore.* 3) *De Geretrude, monasterii Nivialensis abbatissa, quae a.* 626—659. *vixit, cf. Krusch, SS. rerum Merov. II, p.* 447 *sq.* 4) *Haec verba fere mira, tamquam si auctor eos non inter sanctos numeraverit.* 5) *Iterum de eodem anno referunt.* 6) *Idem iam initio, p.* 1, *l.* 2 *sqq. narratum.* 7) *Certe Baioarios a Pippino haudquaquam subiugatos esse ostendit Th. Breysig, 'Karl Martell' p.* 52.

in proprio solo armis libertatem moliebantur[a] defendere. Quam obstinationem invictus[1] Pippinus[b] princeps crębris[c] expeditionibus utilissimisque[d] consiliis et frequentibus populationibus, Domino cooperante, conpescuit[d*] severissimasque[e] nationes, divina comitante virtute, propriae dominationi subegit[2].

Eodem[f] tempore Theodericus[g, 3] rex occidentalium Francorum, quos illi Niwistrios[h] dicunt, regebat imperium, habens maiorem domus Ebroinum nomine, crudelem *C. Fr. c. 2.* scilicet virum et ad plurima vitia pronum. Qui quondam quadam[i] necessitate cogente monasterium quod vocatur Luxovium[4] adiit ibique capitis coma[k] deposita monasticae[l] vitae habitum cum voto suscepit. Sed[m] succedentibus annis, cum rex alius, qui sibi amicus fuerat, Francorum suscepisset[n] imperium[5], rursum monasterium relinquens habitumque[o] tantummodo tonsurae retinens, monachale[p] habitum abiciens[q], uxore recepta, honorem[r] iterum maiorisdomatus[s] arripuit[t]. Sed quantum inordinate et illicite illius[u] officii administrationem subiit, tantum[v] perversius et scelestius ipsius gubernationem exercuit. Nam illos[w], *cf. C. Fr. c. 2. 4* qui sibi in primi principatus amissione[x] adversarii visi sunt[y], ita persecutus est, ut nonnullos vita, multos* libertate, plurimos[z] propriis facultatibus spoliaret. In quo furore etiam Leodegarius, eximiae sanctitatis episcopus[6], quia ipse solus suam vesaniam redarguere conaretur[a], martirio coronatur. Ea[b] tempestate plurimi nobilium

*) nonnullos vita libertateque *B* 1.

a) mouebantur *A* 2. b) Pipinus *hoc loco* *B* 1. c) crebris *A* 2. *B* 1. d) ultissimisque *A* 2. d*) comp. *B* 1. e) *ita* *A* 1. *B* 1; *nescio, an forte legendum* sevissimasque; severissimasque — subegit *om.* *A* 2. f) Eo *B* 1. g) Teodericus *A* 2. h) Niustrios *A* 2. i) *om.* *A* 2. k) como *corr.* coma (capitis *iterum add., sed expunct.*) *A* 2. l) monachicę *A* 2. m) Succedent. vero *B* 1. n) suscepit *A* 1. o) habitumque monachale abiciens *(ceteris omissis)* *A* 2. p) monachilem *A* 1. q) despiciens, vel habi *eadem manu superscr.* *B* 1. r) onorem *A* 2. s) maioris dominatus *A* 1; maiordomatus *A* 2. t) aripuit *A* 2. u) inlicite off. illius *A* 2. v) tanto *A* 2. w) illi *alio atramento corr.* illos *A* 1. x) amisione *A* 2. y) adv. fuerunt *B* 1. z) ac *alio atram. post superscr.* *B* 1. a) conabatur *B* 1. b) *ita* *A* 2. *B* 1; Eadem *A* 1.

1) *Ita Karoli nondum regnum adepti hic quasi constanter appellari solent; cf. infra p.* 6, *l.* 16; *a.* 691. 692. 714. 716. 735. 737. 743. 744. 746. 789; *etiam supra p.* 3, *l.* 13. 14 (ab invictissima parentum prosapia); *Dünzelmann, 'N. Archiv' II, p.* 522. 526. 527; *Simson, ib. XXIV, p.* 402 *sq.* 2) *Fere idem iam p.* 4, *l.* 20 *sqq. Cf. tamen infra a.* 691. 3) *Theudericus III.* (675—691). 4) *Luxeuil (Haute-Saône).* 5) *Sc. Theudericus III. Cf. Ursini et anonymi Vitas s. Leodegarii; Krusch, 'N. Archiv' XVI, p.* 582 *sq.* 6) *Augustodunensis* († 679).

Francorum sevitia[a] predicti tiranni[b] Niwistriam[c] relinquentes in Austriam ad Pippinum confugiunt, supplices suam clementiam postulantes[d], ut sese de manibus crudelissimi hostis eriperet[e]. Quos ille[f] pietatis solitae
*f. 24. affectu[g, 1] *commotus misericorditer[2] excipiebat. Sane[h]
C. Fr. c. 4. cum Deus omnipotens huic monstruosae potestati finem
681. facere decrevisset, Ebroinus ab Ermenfrido nobili interimitur[i], prostratoque immanissimo tiranno[k, 3], ad Pippinum confugium fecit. A quo, causa perpetrati homicidii agnita, solita pietate[4] suscipitur et ceteris profugis iure humanitatis
681. cum honore[5] sociatur. Defuncto igitur Ebroino Theodericus rex Waratonem[l], virum strenuum atque[m] illustrem[n], maiorem domus instituit. Erat autem eidem Waratoni filius lubricus et callidissimus[o] nimis nomine Gislimarus[p], qui pote-
683. statis cupiditate captus patrem ab honore deposuit et ipse improbus[q] potestatem arripuit. Inter quem et invictum[r, 6] principem Pippinum dissensiones plurimae extiterunt, quas[s] digna mors Gislimari[t] mature[u, 7] terminavit. Quo mortuo[v]
C. Fr. c. 5. genitor ipsius pristino honoratur[w] officio. Qui etiam non multo post tempore vita decessit[x].

686. [Igitur[y] anno incarnationis dominicae DCLXXXVIIII.]
C. Fr. c. 5. defuncto Waratone[z] gener ipsius Bertarius[a] nomine maior domus á Theoderico[b] rege constituitur, nichil moribus[c] impii Gisilmari discrepans preter[d] ingenii calliditatem et humani consilii sagacitatem. Igitur profugi, quos Pippinus in sua misericordia[8] susceperat, frequentibus eum

a) seuiciam *A* 2; ob seuitiam *B* 1. b) tirranni *A* 2; tyranni *h. l. B* 1. c) Niustriam *A* 2. d) postolantes *A* 2. e) er(ipe *evanuerunt*)ret *A* 2. f) illi *A* 2. g) effectu *A* 2 (*sed cf. etiam infra a.* 693, *p.* 15, *l.* 21: ob iam dictae pietatis affectum). h) Sane — sociatur *om. A* 2. i) *in marg. manu posteriori saec. XII. A* 1: Ebroini interitus. k) tyranno *B* 1. l) uuaracionem *A* 2. m) adque *A* 2. n) inlustrem *A* 2. o) calidissimus *A* 2. p) *ita A* 1; Giselmarus *corr.* Gisilmarus *A* 2; Gisilmarus *B* 1. q) inprobus *A* 2. r) inimicum, *coaeva manu superscr.* inuictum *A* 1. s) quos *B* 1. t) Gisilmari *A* 2; ūgilmari *corr.* gisillmari *B* 1. u) matura *A* 2; maturę *A* 1. v) uuarato *add. A* 2. w) honoratus est *B* 1. x) *alia manu add. in spatio vacuo A* 1: Theoderico reḡ. Waratone [De Theoderico rege et Waratone]. y) Igitur — DCLXXXVIIII. *om. A* 1. 2. z) uuarattone *A* 2. *B* 1. a) generum i. Bertarium *A* 2. b) ab Teudericum rege *A* 2. c) a moribus *B* 1; impii Gislemari moribus *A* 1. d) pater (pat̄) *A* 2.

1) *Cf. infra l.* 9. 10. 2) *Misericordiam Karolorum singulari studio extollunt; cf. infra a.* 689. 718. 742. 746. *necnon* 747. 787; *Bonnell l. l. p.* 167 *sq.* 3) *Cf. supra p.* 2, *l.* 2. 3. 4) *Ut misericordiam perinde pietatem stirpis Karolinae tali laude saepius efferunt; cf. supra n.* 1; *infra a.* 711. 725. 735. 749 (solita pietate) *necnon a.* 690 (inestimabili pietate), 696 *in fin.*, 787; *Dünzelmann, 'N. Archiv' II, p.* 522 *sq.*; *Bonnell l. l.* 5) *Cf. infra a.* 753. 6) *Cf. supra p.* 5, *n.* 1. 7) *Nescio, an fons habuerit:* matura. 8) *Cf. supra n.* 2.

querimoniis appetebant[a] obsecrantes, ut pro divino[b] amore *C. Fr. c. 5.* iniurias suas ulcisceretur[c]. Pippinus[d] vero sedato animo legatos ad Theodericum[e] pacifice dirigit[f] suggerens[g], ut profugos[h], quos Ebroinus[i] pro sua cupiditate proprio solo[k] expulerat propriisque facultatibus spoliaverat[l], iure regio suis[m] sedibus revocatos, aequitatis norma servata, patrimoniis iniuste ablatis restitutis[n] ipsos reverti iuberet[1]. Hanc lęgationem[n*] Theodericus[o] suggerente[p] Berthario[q] superbe recepit suosque profugos servos[r], quos Pippinus contra ius et legem susceperat, quandoque [a[s]] sé requirendos spopondit. Legati[t] redeunt, responsum[u] Theoderici Pippino[u*] referunt, superbiam regis indicant[v], minas quas ingerebat[w] annuntiant[x], lęvitatem[x*] atque inconstantiam Bercharii[y] manifestant. Pippinus[z] adunatis optimatibus[a] suis rem in medium retulit[b], superbi[2] regis responsum per ordinem pandit, lacrimas profugorum et miserabiles supplicationes, qui in fidem suam sese[c] crediderant, *manifestat, minas im- *f. 3a.* probi[c*] principis ad memoriam revocat. Periculum quoque, quod imminebat suae patriae pro[d] receptu[e] exulum, nisi[f] prius sapienter quam veniret vitaretur, exponit, quidque super his sibi agendum sit, sciscitatur.

[Anno[g] dominicae incarnationis DCXC.] Ducibus[h] 687. Pippini omnibus optime placuit arma capere, pro miseris ac[i] spoliatis, qui tute[k] tam[l] suam fidem quam et defensionem[3] quesiverant[m], dimicare patriamque[n] non á populante hoste, sed in suis sedibus deterrente[o.4] requisito

a) queremoniis adpetebant *A* 2. b) diuinu *A* 2. c) ulcisceret *A* 2. d) *in marg. manu posteriori saec. XII. A* 1: Legat̄ pipin [Legatio Pipini] principis ad Theodericum regem. e) Teodericum *A* 2. f) diligit *A* 2. g) ns *e corr. post. manus A* 1. h) profugis *A* 1. 2. *B* 1, *quod emendavi.* i) Hebroinus *A* 2. k) suo *A* 2. l) expoliaverat *A* 2. m) sui *A* 2. n) reuestire *A* 2, *omisso* ipsos reverti; *cf. infra p.* 9, *l.* 18 *sqq.:* et profugis . . . iusticiam de rebus ablatis facere iuberet. n*) legat. *A* 2. *B* 1. o) Teodericus *A* 2; *in marg. posteriori manu saec. XII. A* 1: Legatio spreta. p) sugerente *A* 2. q) bertario *B* 1 *h. l.* r) seruus *A* 2. s) a *om. A* 1. 2. *B* 1. t) vero *add. B* 1. u) responsumque *B* 1. u*) Pippinno *A* 2. v) ndicant *in loco raso B* 1. w) ingereba:t *littera erasa A* 1. x) anunciant *A* 2; adnunciant *B* 1. x*) leuit. *A* 2. *B* 1. y) *ita hic A* 1; Bertharii *A* 2. *B* 1. z) vero *add. B* 1. a) obtim. *B* 1. b) setulit *A* 2. c) sęse *A* 2. c*) inprobi *B* 1. d) pro — exponit *om. A* 2. e) recentu *A* 1. f) ni *B* 1. g) Anno — DCXC. *om. A* 1; Anno — Pippini *om. A* 2. h) Dicibus *A* 1. i) hac *A* 2. k) dudum *B* 1; tute(l *superscr.*)lam fidem suamque et def. *A* 2. l) tam *in loco raso B* 1; propter *eadem manu superscr. A* 1. m) quesiuerat *A* 1. n) patriamque — defensare *om. A* 2. o) *ita A* 1. *B* 1; *(lege* deterrendo *H.-E.); legendumne* de repente? *P.*

1) *Verba fontis nostrorum fuisse mihi videntur:* patrimoniis iniuste ablatis revestire iuberet. 2) *Cf. supra l.* 9. 12. 13. *Eaedem voces non raro occurrunt; cf. infra a.* 692. 697. 742. 753. 754. 773; *praesertim* 717 (superbi regis responsum manifestat). 3) *Fons habuerit:* tutelam fidem suamque et defensionem. 4) *Haec vox depravata videtur. Infra p.* 8, *l.* 27 *sqq.:* ipsum in propriis sedibus arrogantem . . . requiramus.

687. defensare. Pippinus[a], accepto á magistratu consilio, quod apud se versabat in animo, magno repletus gaudio[1] exercitum congregat, quo obstinati regis iactantiam preveniret. Adunato igitur exercitu Pippinus ad Carbonariam silvam pervenit, qui terminus utraque regna diviserat[b]. Ubi convocatis[c] optimatibus[d] suis, immo cuncto exercitu, intentionem suam succincta conventione[e, 2] innotuit. 'Ne[f] quis vestrum', inquit, 'fortissimi viri, fideles Dei nostri[g], arbitretur me tirannidem[h] in tali itinere exercere velle vel[i] sevitiam[3] et non potius triplici necessitate coactus vos ad tale certamen provocare, breviter[k] me loquentem attendite et, quid ad hoc[l] me cogit, audite: Excitor inprimis querelis sacerdotum et servorum Dei, qui me sepius adierunt[m], ut pro sublatis iniuste patrimoniis ecclesiarum propter amorem Domini ipsis interpellando[n] seu etiam[o] dimicando subvenirem. Pro quibus per internuntios humiliter frequentius Theodericum exoravi, unde nichil[p] preter[q] tumidum et superbia plenum responsum recipere[r] merui[4]. Secunda causa me ad talem provocavit laborem, nobilium siquidem Francorum ad nostram fidem confugientium lacrimae et gemitus, qui tot[s] calamitatum angoribus pressi divinum semper[t] nos arbitrantur adipisci posse suffragium. Tertia[u], quia expedit nobis superbissimi regis obviare sententiis, et[v] vastationem patriae nostrae, quam minatur iniuste, in suum potius[w] auxiliante Domino convertamus exitium[x], nostraque regione incolume[y] ipsum in propriis sedibus arrogantem, iudicium Domini subituri[5], requiramus[6]; pro cuius amore et sanctorum illius huiuscemodi[z] certamina toleramus'. His dictis universus populus robo-

a) vero *add.* *A* 2. b) diuidit *B* 1. c) uocatis *B* 1. d) obtim. *A* 2. e) concione *A* 2; conuentione *A* 1. *B* 1. f) Ne — exoravi (*l.* 18) *om.* *A* 2. g) uri (uestri) *A* 1. *Legendumne* et nostri? h) tyrann. *B* 1. i) vel *alia manu superscr.* *A* 1. k) sed brev. *B* 1. l) adhuc *B* 1. m) audierunt, u *eraso corr.* adierunt *A* 1. n) interpellantibus *B* 1. o) seuitiam *A* 1, *quod emendare conatus sum;* seu etiam *om.* *B* 1. p) alint *forsitan recte add.* *A* 2. *Cf. infra n.* 4. q) nisi *A* 1. *Cf. infra n.* 4. r) haccipere *A* 2. s) tota *A* 2. t) se per *emendavit P.* u) Tertia — firmaverunt (*p.* 9, *l.* 2) *om.* *A* 2. v) *ita* *A* 1. *B* 1; *legendumne* ut? w) capud *add.* *B* 1. x) *om.* *B* 1. y) incolomi *B* 1, *ubi* adhuc *ante* inc., permanente *post* inc. *alia manu superscr.* z) huiusmodi *B* 1.

1) *Cf. supra p.* 2, *n.* 6. 2) *Depravatum ex* contione. 3) *Cf. infra p.* 12, *l.* 13. 14 (ne tirannidem videretur exercere vel sevitiam). 4) *Cf. infra p.* 10, *l.* 10. 17. 18. *a.* 753 (super his omnibus . . . nichil aliud ab illo superbo tiranno nisi plena superbia responsa et contumacia verba audire meruerunt). 5) *Cf. infra a.* 717: ut ibi divinae iusticiae iudicium subiret; 743: per iudicium Dei, quod subire non distulimus. 6) *Cf. supra p.* 7, *l.* 27.

ratus vocibusque simul et armorum plausu[1] sententiam 687. ducis firmaverunt. Tunc unianimiter[a] invocato Dei auxilio[b], iam dictam Carbonariam silvam[c] transeunt, *hostiliter *f. 3b. cuncta vastantes, ad[d] interiores[e] regni illius partes intrepidi perveniunt, haud[f] proculque[g] ab[h] oppido Vermandorum[i, 2] cf. C. Fr. c. 5. iuxta villam cui vocabulum est Textricium[k, 3] castra posuerunt. Theodericus[l] igitur, cum audisset hostem in sui regni penetralibus[m] commorantem, exercitum congregat, aciem contra Pippinum construit[4], ex alia[n] parte predictae[o] villae castra[p] ponit. Inter quos modicus quidem fluvius, sed difficili traiecto defluebat, qui ab incolis Dalmannio[q, 5] nuncupatur[r]. Pippinus itaque ab aquilone eiusdem fluminis, Theodericus ab austro consederat. Pippinus ergo[s] ad Theodericum[t] legatos dirigit, ea quae pacis sunt[6] offerens causas adventus sui indicat[7], scilicet ut pro ecclesiis Dei apud[u] illum intercederet, ut quod iniqui tiranni[v] illis abstulerant, hoc ille[o] in commune[w] eorum elemosina reformaret ut[x, 8] profugis, qui fidem ipsius expetierant, iusticiam[y] de rebus ablatis facere iuberet. Multa quoque pondera auri et argenti se sibi dare spopondit, si eius suggestionibus[z] adquiesceret et pacem cum ipso magis quam prelium habere eligeret, ne[a] forte ipso renuente civile bellum existeret, in quo nobilissimus et cognatus sanguis Francorum sub incerto belli impetu funderetur[b, 9]. Nuntii itaque legationis[c]

a) *sic* *A* 1. 2; unanimiter *B* 1. b) ausilio *A* 2. c) *om.* *A* 1. d) e t ad *B* 1. e) interiorem *A* 2. f) Aut *A* 2. g) proculq; *alia manu corr.* proculq; *B* 1. h) ad *A* 2. i) Vermendorum *A* 2; uirumandorum *Gen. Dag.* k) Textratium *A* 2. l) Teodericus *A* 2. *B* 1. m) penetrabilibus *A* 1. 2. *B* 1. n) aliaque *A* 2. o) *om.* *A* 2. p) castro *A* 2. q) Dalmanio *A* 2. r) noncupatur *A* 2. s) *sic* *A* 2. *B* 1; igitur *A* 1. t) Teoder. *h. l.* *A* 1, *plerumque* *A* 2. u) ap̄ *A* 1; aput *A* 2. v) tyranni *B* 1; tyrranni *A* 2. w) communi *A* 2. x) et *A* 2. y) iustitia *A* 2. z) suggessionibus *A* 2. a) ne — funderetur *om.* *A* 2. b) fundaretur (?) *corr.* funderetur *A* 1. c) legatiois *A* 1; ligationis *A* 2.

1) *Locus quodammodo notabilis. Cf. Tac. Germ. c.* 11: sin placuit *(sc. sententia)*, frameas concutiunt; honoratissimum assensus genus est armis laudare; *Hist. V*, 17: Ubi sono armorum tripudiisque, ita illis mos, approbata sunt dicta; *Waitz, 'VG.' ed.* 3. *I, p.* 354, *n.* 2; *Brunner, 'Deutsche Rechtsgeschichte' I, p.* 130 *sq.; R. Schröder, 'Deutsche Rechtsgeschichte' ed.* 4. *p.* 24. 152, *n.* 19. 2) *Saint-Quentin en Vermandois (Aisne).* 3) *Tertry (Somme). Cont. Fredeg. minus accurate:* Coniuncti in oppido Virmandense, in loco qui dicitur Textricio bellum mutuo gesserunt; *cf. Pückert, 'Berichte der k. sächs. Ges. der Wissenschaften. Philol.-hist. Cl.'* 1884. *I. II, p.* 144; *Bonnell l. l. p.* 177. *Historiam proelii auctor narrationis nostrae magnopere exornavit, loca bene novit.* 4) *Cf. infra a.* 697. 732. 5) *Omignon.* 6) *Luc.* 14, 32: legationem mittens rogat ea quae pacis sunt. *O. H.-E. Cf. infra p.* 10, *l.* 7. 8; *a.* 713. 717. 741. 764. 7) *Cf. infra a.* 800: causas sui adventus *(omnibus patefecit)*. 8) *Ita pro* et. 9) *Cf. infra a.* 717: ne forte nobilium Francorum cruor inter illos effunderetur.

687. officio functi[a], Theodericus consiliarios suos alloquitur, quid[b] super his sit faciendum[c], exposcit[d]. Bertarius[e] more solito iniquo[f] consilio pacem[g] oblatam[h] á Pippino dissipat, hostem armis[i] patria pelli suadet[k], ut dampna[l], quae in illo itinere perpetraverant, sanguine piarent. Theodericus ergo bellum indicat, legatosque Pippini[m] proterve alloquens[n] ad propria[o] reverti iubet et ea quae pacis erant[1] abnuit. Legati[p] Pippinum de his omnibus certum reddunt. Qui propere haec omnia suis proceribus innotescit[q], nichil aliud superesse comperit quam[r] cum Christi auxilio arrogantem superborum impetum superare. Tota itaque die illa de commissione prelii ex utraque parte non paribus consiliis tractabatur. Nam Theodericus in innumerabilis[s, 2] populi multitudine magis quam in[d] consiliis prudentiae confidens traditum sibi iam Pippinum cum universo exercitu suo inanibus[t] verbis gloriabatur[u]. Et[v] ob hoc, propter[w] nichil aliud[x] Pippinum pacem postulasse affirmabat, nisi quia pavore perterritus bellum cum ipso committere non auderet. Pip-
*f. 3c. pinus[y] contra optimates suos *dulcibus alloquiis[3] admonebat[z], uti[a] sese votis et orationibus Dei omnipotentiae[b] defendendos[c] commendarent[d], qui dat honorem et victoriam omnibus timentibus eum et custodientibus precepta eius[4]. Ipsum[e] vero non propter cupiditatem regni, sed propter oppressorum querelas, qui fidem ipsius invocato nomine Domini adierant, et[f] pro defensione ipsorum talibus ac tantis periculis sé non dubitaret opponere. Fiducialiter autem se ad bellum processurum esse pronuntiat[g], quod pro eius amore[h] gerebat, qui potestatem habet salvos facere sperantes in se[5] et vota omnium et

a) sunt *add. in margine eadem manu A* 1. b) et quid *B* 1; quit *A* 2. c) fatiendum *A* 2; fac. sit *B* 1. d) *om. A* 2. e) Bertrarius *A* 1. f) inito *A* 2. g) pacem iniquo consilio *A* 1. h) o *alio atramento in loco raso A* 1. i) a *A* 2. k) pellis uadet *A* 2. l) damna *A* 2. m) Pippinum *A* 2; pro Pippino *B* 1. n) prot. alloq. *om. A* 2. o) *ita A* 2. *B* 1; proprium *A* 1. p) autem *add. B* 1; Legati — tractabatur (*l.* 13) *om. A* 2. q) et *correctoris manu alio atramento superscr. B* 1. r) quam *bis scr. B* 1. s) innumerabilibus *A* 2. t) manibus et *B* 1. u) gloriebatur *A* 2. v) Et' (Etiam?) *B* 1; Et — auderet *om. A* 2. w) *om. B* 1. x) aliud *bis scriptum A* 1. y) Pipinus *h. l. B* 1. z) ammonebat *B* 1. a) ut *B* 1. b) omnipotentis *A* 2. c) deffendendos *A* 1. d) commendaret *A* 2. e) Se *B* 1; Ipsum — rimatur (*p.* 11, *l.* 1) *om. A* 2. f) ut *A* 1. g) denuntiat *B* 1. h) eius *iterum additum, post deletum A* 1.

1) *Cf. p.* 9, *n.* 6. 2) *Haec vox nostris usitatissima; cf. infra a.* 697. 714. 717 *(bis)*. 736. 737. 761. 776. 777. 778. 784. 805 *(bis)*. 3) *Horat. Epod.* 13, *v.* 18: dulcibus alloquiis. *BONNELL.* 4) *Cf. Ps.* 118, 63: omnium timentium te et custodientium mandata tua. *BONNELL.* 5) *Ps.* 16, 7: qui salvos facis sperantes in te.

intentiones cordium inevitabili[a] scientiae luce rimatur. 687. His igitur et talibus allocutionibus[b] suorum pectora roboravit[1] fidelium, ita ut quasi iam celitus patrata victoria alacri corde grates omnipotenti Domino personarent[b*]. Itaque unianimiter[c] sese[d] ad bellum accingunt. Pippinus[e] ergo prudentissima[f] providentia [ex[g]] quodam[h] eminentiore[i] colle locum certamini[k] delegit[k*], et quo ad illum accedendum erat, provida speculatione ostendit[l]. Igitur diem illam[m] cum nocte magno[n] curarum aestu[o, 2] Pippinus princeps transegit. Illucescente[p] aurora copias ex[q] castris educit et magno silentio Dalmannionem[r] fluvium transiit[s] atque ab orientali[t] parte castrorum Theoderici, prout pridie constituerat, aciem ordinat, ducibus[u] singulas legiones[3] commendat et, ut patienter ortum solis prestolentur, annuntiat[v], ut cum Dei auxilio reverberantibus radiis solis hostium obtutus titubaret et[w] sibi suisque lux infusa solacium ad resistendum hosti ministraret. Orto igitur iam sole Theoderico sui nuntiant Pippini castra deserta et ignibus esse consumpta[x]. Quibus[y] ille auditis copias ad persequendos hostes e[z] cąstris educit; cui intrepidus et prestantior consilio et armis princeps Pippinus occurrit[a]. Commissoque[b] acer- *cf. C. Fr. c. 5.* rimo prelio Theodericus cum consiliario suo Bertario in fugam versus cunctos optimates[c] [suos[d]] in ore gladii interemptos dereliquit[e]. Nec[f] prius ceptae[g] fugae cursum terminavit, quam Sequanae[4] amnis fluenta transiret. Bertarius quoque vagus et profugus, timore perterritus[h] per diversa loca latitans, *ad ultimum a suis[5] suam stultitiam *f. 3d. non ferentibus interimitur. Pippinus igitur victor castra

a) inestimabili *B* 1. b) locutionibus, al *superscripto eadem manu corr.* allocut. *B* 1. b*) personaret *A* 2. c) *sic A* 1. 2; unanimiter *B* 1. d) se *A* 2. e) Pipinus *h. l. B* 1. f) pdentissima *alio atramento corr.* prudentissima *A* 1. g) *ita A* 2; *deest A* 1; in *B* 1. h) *sic A* 2. *B* 1; quadam *A* 1; *sed cf. infra a.* 716. i) eminentiori *B* 1. k) certaminis, s *eraso corr.* certamini *B* 1. k*) deligit *A* 2. l) hostendit *A* 2. m) illum *A* 1. n) magno nocte *(corr. ut videtur e* noctu*)* *A* 2. o) estu *A* 2; ęstu *B* 1; magna cura mestus *A* 1. p) et inlucescente *B* 1; inlucescenteque *A* 2. q) *om. A* 2. r) damannionem *A* 1; Dalmanionem *corr. e* Dalmanioni *A* 2. s) *ita A* 1. *B* 1 *et, ut videtur, etiam A* 2, *sed littera* s *ex parte, prior* i *tota perierunt.* t) oriente *A* 2. u) ducibus — ministraret *om. A* 2. v) adnunciat *B* 1. w) et — ministraret (*l.* 18) *om. B* 1. x) consumta *A* 2. y) Quibus — educit *om. A* 2. z) e *in loco raso B* 1. a) hoccurrit *A* 2. b) cummissoque *A* 2. c) obtim. *A* 2. d) *ita A* 2; *deest A* 1. *B* 1. e) dereliquid *A* 1. f) Nec — interimitur *om. A* 2. g) cepto *B* 1. h) perteritus *A* 1.

1) *Cf. Horat. Carm. IV, 4, v.* 30: Rectique cultus pectora roborant. *BONNELL.* 2) *Vergil. Aen. VIII, v.* 19: magno curarum fluctuat aestu. *BONNELL.* 3) *Cf. infra a.* 773. 774. 778; *Waitz, 'VG.' ed.* 2. *IV, p.* 611, *n.* 2. 4) *Seine.* 5) *Cf. infra a.* 693; *Pückert l. l. p.* 145, *n.* 31.

[illegible]

Aquitanios, Wascones atque Brittones. Harum enim gentium duces in contumatiam versi á Francorum se dominio per desidiam precedentium principum iniqua sé[a] presumptione abstraxerunt[b] [1]. E quibus quosdam precellentissimus[2] princeps Pippinus iam subegerat, quidam ad breve[c] rebelles extiterant[d] [3]. Dispositis autem prudenter omnibus[4] in occidentis[e] regni gubernaculis, ad orientalis imperii[5] sui sedes *cum summa gloria et *f. 4a. exultatione[6] revertitur[7]. Ibique[f] prosperis Christo largiente successibus, Deo protectori suo gratias referens, residuum illius anni circuli tempus letus explevit[g].

Anno[h] deinde incarnationis[i] dominice DCXCII.[8] c. 689. Pippinus exercitum universalem[9] Francorum adunare precepit, tractatisque[k] de utilitate imperii consiliis, occurrit Radbodi[l] Frisionum ducis obviare superbiae[10], qui tantae stulticiae[l*] involutus caligine fuit, ut Pippino[m] invicto[11] principi aciem parare presumeret[n]. In qua victus atque[o] fugatus maximam partem exercitus[p] sui perdidit. Seraque tandem penitentia[q] ductus, legatos ad Pippinum dirigens, pacem postulat seque cum his[r] quos[s] regebat suae ditioni[t] subdidit[12]. Obsidibus[u] quoque datis Pippini tributarius[v] efficitur. His itaque[w]

a) *ita iterum A* 1. *B* 1. b) abstraxerant *B* 1. c) adhuc *B* 1. d) exstiterant, xsti *in loco raso B* 1. e) occidente *A* 2. f) Ibique — explevit *om. A* 2. g) Rabbodo duce [De R. d.] *altera manu add. A* 1. *Eadem prius narrationi a.* 691. *superscripta fuisse videntur, ubi iam ex parte erasa; cf. supra p.* 12, *n.* s. h) Anno — DCXCII. *om. A* 1. i) (in *superscr.*)carnacione *A* 2; Anno ab incarn̄. domini nostri iesu christi *B* 1. k) tractisque *corr.* tractatisque *A* 1; tractareque *A* 2. l) Ratbodi *A* 2; di *in loco raso B* 1. l*) tante stulticie *A* 2. *B* 1. m) *ita A* 1. 2. *B* 1, *manu correctoris post corr.* contra pippinū inuictū principē *B* 1. n) presumserat *A* 2. o) adque *A* 2. p) excercitus *A* 2. q) penitencie *A* 2. r) iis *A* 2. s) cos *A* 2. t) deditioni *A* 1; dicioni *A* 2. u) obsedibus *A* 2. v) Pippino tributarios *A* 2. w) ita *A* 2.

1) *Cf. supra p.* 4, *l.* 20 *sqq., ubi iam similia.* 2) *Cf. supra p.* 2, *l.* 14. 3) *Cf. supra p.* 5, *n.* 2. 4) *Similia infra saepius; cf. 'N. Archiv' XXIV, p.* 403. 5) *Cf. Dünzelmann, 'N. Archiv' II, p.* 524—526. 6) *Cf. infra a.* 804. 805. 7) *Cf. infra p.* 14, *l.* 3; *a.* 717. 725. 739; *Bonnell l. l. p.* 173; *Vitam Dagoberti III. c.* 11, *SS. rerum Merov. II, p.* 518; *'N. Archiv' XV, p.* 558. 8) *Haec c. a.* 689. *ponenda itemque huc referenda, quae infra a.* 697. *narrantur. Cf. Lib. historiae Francor. c.* 49; *Cont. Fredeg. c.* 6; *Bedae Hist. eccl. gentis Anglorum V, c.* 10: quia *(sc. Pippinus dux Francorum)* nuper citeriorem Fresiam expulso inde Rathbodo rege ceperat; *Rettberg, 'Kirchengeschichte Deutschlands' II, p.* 503, *n.* 5; *Bonnell l. l. p.* 161; *Richter, 'Annalen der deutschen Geschichte im Mittelalter' I, p.* 177; *Mühlbacher l. l. nr.* 5a; *Krusch, SS. rerum Merov. II, p.* 172, *n.* 3; *Waitz, 'VG.' ed.* 2. *III, p.* 8, *n.* 2. 9) *Cf. infra a.* 739. 780 *init.* 10) *Cf. supra p.* 7, *n.* 2. 11) *Cf. supra p.* 5, *n.* 1. 12) *Cf. supra p.* 2, *l.* 10.

peractis[1] sinodum adunare precepit, in qua de utilitatibus ęcclesiarum[a], orfanorum[a*] ac viduarum[2] consideratis[3], sese in opinatissimis[b] regni sui sedibus[4] cum suis fidelibus ad[c] hibernandum[d] locavit. Singulis[5] vero annis in Kalendis[e] Martii generale cum omnibus Francis secundum priscorum consuetudinem concilium[f] tenuit[g. 6]. In quo ob regii[h] nominis reverentiam eum, quem sibi ipse propter humilitatis et mansuetudinis magnitudinem[i. 7] prefecerat, presidere iubebat, donec ab omnibus optimatibus[i*] Francorum donariis acceptis verboque[8] pro pace et defensione ecclesiarum Dei et pupillorum et viduarum facto[9] raptuque[k] feminarum et incendio solido decreto interdicto, exercitui[l] quoque precepto dato, ut[m], quacumque die illis[n] denuntiaretur, parati essent in partem, quam ipse disposuerat[o], proficisci[10]: his actis[p. 11] regem illum[q] ad Mamaccas[r. 12] villam publicam[s. 13] custodiendum[t] cum honore[u. 14] et veneratione[15] mittebat. Ipse

a) eclesiarum *A* 2. a*) orphanorum *A* 1. b) inopinatissimis *A* 1. *B* 1; in opulentissimis *A* 2. c) *versu exeunte om. A* 2. d) hibernandum, b *et* r *expunctis corr.* hienandum *B* 1; hiemandum *A* 2. e) calendas *A* 1; kł mar̄ *A* 2. f) consilium *A* 2. g) agebat *B* 1; adunabat *forsitan rectius A* 2. h) regi *A* 2. i) magnitudine *A* 2. *B* 1. i*) obtim. *A* 2. k) factoque rapto *A* 2. l) excercitui *A* 2. m) aut *A* 2. n) ill' *A* 1. o) *littera* u *versu exeunte dubia A* 2; disponeret *B* 1. p) peractis *B* 1. q) *om. A* 1. r) *fortasse lineola super prima littera* a *evanuit, ita ut* Mām̄accas (Mammaccas) *legendum sit A* 2. s) puplicam *B* 1. t) *litterae* cu *evanuerunt A* 2. u) onore *A* 2.

1) *His verbis vel similibus* (His rite peractis) *rerum ordinem haud raro coniungunt; cf. infra l.* 15; *a.* 741. 767. 768. 772. 776. 779. *necnon* 754. 2) *Cf. infra a.* 748. 3) *Cf. V. Dagoberti III. c.* 8, *l. l. p.* 516. 4) *Cf. supra p.* 13, *l.* 8. 5) *Quae sequuntur, partim eis, quae in Einhardi Vita Karoli M. c.* 1, *Annalibus Laurissensibus minoribus ('Kleine Lorscher Franken-Chronik') a.* 750, *rec. Waitz p.* 411 [13], *Erchanberti Breviario, SS. II, p.* 328, *referuntur, similia, partim fabulam sapiunt; cf. Bonnell l. l. p.* 125 *sq.; L. de Ranke, 'Weltgeschichte' V,* 2, *p.* 295 *sq.* 6) *Cf. Waitz, 'VG.' ed.* 3. *II,* 2, *p.* 227, *n.* 3, *qui tamen haec non iure e Vita Karoli M. hausta censuit; V. Dagoberti III. l. l.; 'N. Archiv' l. l.* 7) *Cf. supra p.* 6, *n.* 2. 8) *I. e. mundeburde.* 9) *Cf. infra a.* 748. 10) *Cf. Karoli M. epist. ad Fulradum abbatem, LL. Capitul. I, p.* 168: Ita vero preparatus cum hominibus tuis ad predictum locum venies, ut inde, in quamcumque partem nostra fuerit iussio, et exercitaliter ire possis. 11) *Cf. supra n.* 1. 12) *Montmacq (Oise). — At Bonnell l. l. tabulis regum Merovingorum annis* 691—727. *datis nisus evicit eos nec ante nec post Martium mensem semper in ea villa resedisse. Interdum ibi commorabantur.* 13) *Ita villae regiae hic saepe appellantur; cf. infra a.* 714. 754. 757. 761. 771. 14) *Cf. infra a.* 753. 781. 15) *Cf. infra a.* 799. 804.

vero precinctus[a] robore, comitante[b] divino auxilio[c], regnum Francorum interius iusticia[d] et pace, exterius prudentissimis consiliis[e] atque invictis[f] armorum presidiis, auxiliante Domino, gubernabat. Confluebant autem ad eum circumsitarum gentium[1] legationes, Grecorum[g] scilicet et Romanorum, Langobardorum, *Hunorum quo- *f. 4b. que et Sclavorum atque Sarracenorum[2]. Exierat enim fama[3] victoriae et triumphorum eius in omnes gentes, ut merito propter virtutem et prudentiam eius cunctae circumsitae nationes amicitiam illius magnis oblatis muneribus implorarent. Quos ille clementer suscipiens maioribus remuneratos[h] donis ad propria dirigebat. Ipse quoque haud segnius oportuno tempore legatos suos pro utilitatibus imperii sui per diversas regiones dirigens pacem et amicitiam circumpositarum gentium[4] cum maximo favore impetrabat.

Anno[i] deinde[k] incarnationis domini nostri Iesu Christi DCXCIII, Pippini vero singularis principatus[l] in Theodericum[m. 5], qui, antequam vinceretur a Pippino, annis XIIII[n], victus vero sub eodem regnavit[o] III[p] C. Fr. c. 6. annis, moritur. Cui ob iam dictae pietatis affectum[q. 6] filius eius parvulus nomine Clodoveus[r. 7] á Pippino ordinatur 691. in regem. Qui dum quartum[s] annum in regno compleverat[t], innocentem vitam finivit[8]. Pippinus vero nichilominus regem pro eo fratrem ipsius Childebertum[u. 9] constituit. 695.

a) p̄cin||tus *A* 2, *sed littera* c *versu exeunte fortasse evanuit.* b) cōmitante (commitante) *A* 2. c) auxilium *A* 2. d) *in* iusticia *litterae* icia *evanuerunt; desinit A* 2, *reliquis foliis amissis.* e) *eadem, ut videtur, manu superscr. B* 1. f) ctis *in loco raso B* 1. g) g *e corr. in loco raso B* 1. h) remuneratis *manu correctoris corr.* remuneratos *B* 1. i) Anno — DCXCIII. *om. A* 1. k) *ita Gen. Dag.;* dominice, *sequente loco raso unius litterae B* 1, *ubi* iniarn̄ *statim corr.* incarn̄; *cf. supra p.* 13, *l.* 12; *'Zeitschrift für die Gesch. des Oberrheins' N. F. IX, p.* 217. l) *in loco raso B* 1. m) III⁰ Theodericus *Gen. Dag.;* in Theodericum *A* 1; super Theodericum *B* 1; *cf. 'N. Archiv' XV, p.* 560. *XXIV, p.* 414, *et Pertz (SS. I, p.* 321 *a).* n) Theoderici quoque antequam uinceretur a pipino anno XIIII. *perperam Gen. Dag.* o) *ita B* 1. *Gen. Dag.;* regnabat *A* 1. p) IIIbus *B* 1. q) affectu *B* 1. r) chlodoueus *Gen. Dag.* s) IIII. *B* 1. t) compleuisset *B* 1; compleret *Gen. Dag.* u) hildebertum *B* 1. *Gen. Dag.*

1) *Cf. infra:* cunctae circumsitae nationes — circumpositarum gentium; *a.* 741: circumquaque positis gentibus. 2) *Haec quoque in Pippini ducis et Karolorum maiorem gloriam commenta (cf. Bonnell l. l. p.* 172; *de Ranke l. l. p.* 295*), minime tamen, ut Bonnell vult, e Widukindi R. gest. Saxon. (l. III, c.* 56*) translata.* 3) *Cf. Matth.* 9, 26: Et exiit fama haec in universam terram illam. *O. H.-E.* 4) *Cf. supra l.* 5. 5) *Ita perperam pro:* III. Theodericus. 6) *Cf. supra p.* 6, *l.* 4. 5. 7) *Chlodovechus III. (*691—695*).* 8) *Cf. infra* 714: qui . . . vitam innocentem finivit. 9) *Childebertus III. (*695—711*).*

Illis quidem nomina regum imponens, ipse totius regni habens privilegia[a] cum summa gloria et honore tractabat[1]. Labentibus itaque annorum curriculis[2], subiectis domitisque vicinis nationibus[3], Francorum imperium Pip-
cf. C. Fr. c. 6. pinus mirifico ordine disponebat. Igitur Drogonem primogenitum suum ducem posuit Burgundionum[b, 4], tradens[5] sibi uxorem Anstrudem[c, 6], filiam Waratonis[d] quondam illustris maioris domus, derelictam Bertarii[7], qui de Textriciaco[e] prelio, ut superius retulimus[8], aufugerat nec multo post á suis interfectus[9] interierat. Haec Drogoni peperit
cf. C. Fr. c. 5. filium, quem vocavit Hugonem[10]. Hunc religiosa et strenua matrona Ansfledis[f], avia[g] sua, relicta[h] siquidem Waratonis[i], ad nutriendum susceperat. Haec igitur prudentiae et provide industriae spiritu plena animum[k] pueri fertur cotidianis admonitionibus corroborasse[l, *], ut sese cum omnibus quae habebat Dei servitio manciparet[11]. Unde factum est, ut sacrarum litterarum studio imbutus[m]

*) animum pueri cottidianis ammonitionibus corrobora b at *B* 1.

a) *sic A* 1 *(haud dubie compilatoris vitio);* priuilegium *B* 1; tocius regni abenas *Gen. Dag.; cf. 'N. Archiv' l. l.* b) *ita etiam Vedast.* c) *sic Vedast.;* austrudem *A* 1; austrudem *corr.* anstrudem *B* 1; *cf. Pertz (SS. I, p.* 321 *b).* d) uuarattonis *B* 1. *h. l.* e) *sic B* 1; tixtriaco *A* 1. f) ansfredis *B* 1. g) á uia *A* 1. h) derelicta *Font.;* uxor *add. B* 1. i) warratonis *h. l. A* 1. k) animum *bis scr. A* 1. l) *ita etiam Font.* m) inbutus *B* 1.

1) *Verba fontis nostrorum fuerint:* totius regni habenas cum *etc. Cf. infra* 714, *p.* 20, *l.* 4: tanti regni habenas tractare presumebat. 2) *Cf. infra* 731: Lapsis identidem curriculis annorum sex. 3) *Cf. infra a.* 697. 714. 740. 741 *(bis).* 786; *Bonnell l. l. p.* 170, *n.* 5. 4) *Item in quibusdam donationibus spuriis, quae ecclesiae s. Arnulfi Mettensi concessae perhibentur, Mühlbacher l. l. nr.* 22. 23, *Drogo eiusque filius Arnulfus dux Burgundionum (sive Burgundionum dux) appellantur. Re vera Drogo ducatum* Campaniae *accepit (Lib. historiae Francorum* 48; *Cont. Fredeg.* 6; *cf. Waitz 'VG.' ed.* 3. *II,* 2, *p.* 56, *n.* 1*).* 5) *Verba* tradens — — anhelare *parum apte inserta esse patet, cum insequentia* (Remorum scilicet — — pertinentium, *p.* 17, *l.* 4. 5) *cum antecedentibus intime cohaereant, nec dubium videatur, quin civitates Remorum Senonumque ad ducatum Campaniae pertinentes Drogoni commissae fuerint.* 6) Adaltrudis *audit in Gest. abb. Fontan. c.* 8, *SS. r. G. p.* 26. 7) *Cf. chartam Childeberti III (Mühlbacher nr.* 22a*), ubi tamen Bertarius, qui ipse gener Warattonis et Ansfledis erat (Cont. Fredeg. c.* 99. 100*), Drogonis socer dicitur, et ea quae Pückert l. l. p.* 145, *n.* 31. *annotavit.* 8) *Cf. supra p.* 11, *l.* 28. 29; *infra a.* 763: ut superius retulimus; 804 (ut supra diximus); 779 (ut diximus), 785. 801. 9) *Cf. Pückert l. l.* 10) *Qui postea archiepiscopatum Rotomagensem, episcopatum Parisiensem et Baiocassinum, coenobium Fontanellense et Gemmeticense obtinuit. Decessit a.* 730. 11) *Cf. infra a.* 744. 746: Dei omnipotentis se servitio mancipare.

cunctos[a, 1] suos sapientia[b] et religione anteiret, secundumque sanctam suggestionem *preclarae nutricis suae[c] *f. 4'. cepit terrena cuncta despicere et ad regna caelestia viriliter anhelare. Remorum[d] scilicet et Senonum ceterarumque urbium ad ipsum ducatum pertinentium[e, 2] iuniorem[f] C. Fr. c. 6. filium eius[g] nomine Grimoaldum[h] maiorem domus cum Hildiberto[i] rege constituit. Fuit autem idem Grimoaldus[k] vir mitissimus omnique bonitate et mansuetudine plenus. Qui, ut a patre didicerat, Francos cum summa vigilantia et pietate[3] regebat.

Anno[l] ab incarnatione Domini DCXCVII.[4] Pippinus c. 689. C. Fr. c. 6. princeps duxit exercitum[5] contra Frisiones et Radbodem ducem ipsorum immitem atque paganum, qui verba principis Pippini sepe contempserat et fines principatus eius crebris irruptionibus[m] vexabat. Adunato igitur exercitu iuxta castrum quod dicitur Durestadum[n, 6] castra metatus[7] est. Cui occurrit cum valida[o] et[p] superba[8] manu Radbod[q], aciemque* invicem construentes[r, 9], valida pugna commissa est, ubi Frisiones magna clade percussi sunt. Fugatoque duce eorum Radbod[s], Pippinus victor exstitit[t]. Captis[u] itaque innumerabilibus[10] spoliis victor ad propria reversus est. Hinc annis singulis circumsitas gentes[11] cum exercitu Pippinus fortiter proterit et suae ditioni subegit[v, 12].

Lapsisque post haec aliquibus annis, anno[w] ab incarnatione Domini DCCVIII. 708. Drogo filius Pippini** defunctus ib.

*) in aciem properantes, val. pugna *B* 1.
**) primogenitus *add.* *B* 1.

a) *ita* *A* 1. *B* 1. b) ia *in loco raso* *B* 1. c) praeclarae nutricis ac aviae suae Ansfledis *Font.* d) Renorum *posteriori manu corr.* Remorum *A* 1; vero *add.* *B* 1. e) Pippinus *add.* *B* 1. f) uero *add.* *Gen. Dag.* g) suum *B* 1. *Gen. Dag.* h) *sic* *B* 1. *Gen. Dag. (cf. C. Fr. l. l.)*; Grimualdum *A* 1. i) hildeberto *B* 1. k) Grimualdus *A* 1. l) Anno — DCXCVII. *om.* *A* 1. m) inrupt. *B* 1. n) aurestadum *A* 1; dorestadum *B* 1. o) manu, et pugna commissa est. Ubi Frisiones magna clade *add.* *A* 1, *quae infra recurrunt;* manu, et pugna commissa est. Ubi Frisiones *add.* *B* 1; *cf. 'N. Archiv' XXIV, p.* 415 *sq.* p) *om.* *B* 1. q) Radbod *a correctore addito* i *corr.* Radbodi *B* 1. r) construntes *A* 1. s) Radbode *Cont. Fred.* t) extitit *B* 1. u) is *in loco raso* *B* 1. v) *altera posteriori manu add.* *A* 1: De morte Drogonis. w) anno — DCCVIII. *om.* *A* 1.

1) *Quam vocem ex* coaetaneos *depravatam crediderim.* 2) *Cf. supra p.* 16, *n.* 5. 3) *Cf. supra p.* 6, *n.* 4. 4) *Cf. supra p.* 13, *n.* 8. 5) *Ita nostri passim, ut a.* 709. 710. 725. 6) *(Wijk bij) Duurstede.* 7) *Ita nostri saepissime; cf. infra a.* 717. 743. 748. 758. 773. 780. 785. 787 *(bis).* 804. 805. 8) *Cf. supra p.* 7, *n.* 2. 9) *Cf. supra p.* 9, *l.* 9. 10) *Cf. supra p.* 10, *n.* 2. 11) *Cf. supra p.* 15, *l.* 5. 12) *Cf. supra p.* 16, *l.* 3. 4.

C. Fr. c. 6. est[1] et sepultus est iuxta Metensem[a] urbem in basilica beati Arnulfi confessoris. Cui in principatum germanus eius Grimoaldus[b] Pippino genitore[c] suo ordinante successerat[d].

Anno[e] ab incarnatione Domini DCCVIIII. Pippinus contra Alamannos exercitum ducens[2] magnifice de illis, contrita omni[f] illa regione, triumphavit.

Anno[g] DCCX. Pippinus iterum contra rebelles Alamannos exercitum duxit. Incensaque eadem regione[3]
711. captivisque et spoliis multis adeptis[h] victor ad propria
Ann. Petav. revertitur. Eodemque anno aquae inundaverunt valde.

C. Fr. c. 7: Anno DCCXI. ab incarnatione Domini[i] Hildebertus
(Apr. 14*).* rex obiit. Sepultusque est Cautiaco[k, 4] in basilica sancti Stephani
695—711. martiris. Qui gubernante Pippino regnaverat annos[l] XVI[5].
*f. 44. Post cuius decessum[m] Pippinus *solita pietate[6] filium eius
712. Dagobertum[7] in regem ordinavit. In illo tempore Grimoaldus[n] filiam Radbodi ducis Frisionum duxit uxorem.

Anno[g] DCCXII. Pippinus[8] iterum obstinatione Alamannorum[o] motus, Rethnum[p] transiens, cum valida manu totam illam regionem subvertit suaeque ditioni subegit[9].

Anno[q] DCCXIII. Pippinus princeps infra principatus sui terminos ea quae pacis erant[10] disponens in nullam partem eo anno exercitum duxit[11].

C. Fr. c. 7. Anno[r] ab incarnatione Domini DCCXIIII. Egrotante Pippino in Iopila[12] villa publica[13], quae sita est super fluvium

a) Mettensem *B* 1. b) Grimualdus *A* 1. c) genitori *A* 1. d) successit *B* 1. e) Anno — DCCVIIII. *om. A* 1. f) illis omnique *B* 1. g) ab inc̄ domini *add. B* 1. h) adeptus *B* 1. i) Anno ab inc̄ domini DCCXI. *B* 1. k) *ita A* 1. *Gen. Dag.;* cauciaco *B* 1. l) *ita A* 1. *Gen. Dag.;* annis *B* 1. m) discessum *B* 1. n) Grimualdus *A* 1. o) Alemannorum *h. l. A* 1. p) Renum *B* 1. q) ab incarn̄ domini *add. B* 1. r) Anno — DCCXIIII. *om. A* 1.

1) *Ann. s. Amandi* 708: quando Droco mortuus fuit in vernale tempore *(Ann. Petav.:* tempore vernis*).* 2) *Cf. Lib. hist. Francor. c.* 49: Pippinus quoque multa bella gessit . . . contra Suevos vel quam plurimas gentes; *Mühlbacher nr.* 19*a. b; sed manifesto res a Pippino gestae hic in maius extolluntur.* 3) *Cf. infra a.* 805: Vastata autem et incensa . . . eadem regione. 4) *Choisy-au-Bac (Oise).* 5) *Cf. supra a.* 693, *p.* 15, *l.* 25. 6) *Cf. supra p.* 6, *l.* 4. 7) *Dagobertum III.* (712—716*).* 8) *Neque hanc expeditionem in Alamannos neque illam, quae iam a.* 711. *facta et hic praetermissa est, Pippinus per se ipsum gessit; cf. Chr. Fr. Stälin, 'Wirtembergische Geschichte' I, p.* 180, *n.* 1. 9) *Cf. supra n.* 2. 10) *Cf. Luc.* 14, 32; *supra p.* 9, *n.* 6. 11) *Cf. infra a.* 740. 741. 756. 759. 764. 765. 790; *supra p.* 17, *l.* 12; *Bonnell l. l. p.* 170, *n.* 6. 12) *Jupille prope Lüttich.* 13) *Cf. supra p.* 14, *n.* 13.

Mosam, cum ad visitandum eum Grimoaldus[a] filius eius prope- 714. raret et ad orationem in basilica sancti Lamberti martiris pro- *C. Fr. c. 7.* cessisset et diutius in oratione pronus persisteret[1], á nequissimo viro nomine Rangario gladio perfusus[b, 2] occubuit. *(Apr.)* Pippinus vero princeps de infirmitate convalescens omnes qui in illo consilio fuerunt[c] iusta ultione interemit. In locumque Grimoaldi[d] filium eius parvulum ex concubina *ib. c. 6. 7.* natum nomine Theodaldum maiorem domus cum Dagoberto rege constituit. Eodem quoque anno Pippinus princeps *ib. c. 8.* iterum molestia corporali correptus, circumsitis gentibus Francorum dominationi subactis[3], in pace obiit XVII.[e] Kal. Ian. Rexit autem populum[f] Francorum annis XXVII[g] *Dec. 16.* et mensibus sex[h]. Reliquit[i] superstitem filium nomine Carolum[k, 4]. Defuncto autem Pippino maxima conturbatio orta est in gente Francorum. Nam maiores natu filii eius, Drogo et Grimoaldus[a], ipso vivente vitae[l] disceserant[5]. Theodaldus[m] Grimoaldi[n] ex concubina filius adhuc puer erat. Qui etsi patri in principatu successerat, minime tamen tantae[*, 6] rei culmen digne gubernare prevalebat. Carolus[o] vero, quem solum pater dignum heredem[7] tantae potestatis superstitem reliquerat, novercales insidias[8] graviter tolerabat. Plectrudis

*) tantum regnum digne *B* 1.

a) Grimualdus *A* 1. b) perfossus *Vedast.*; perfusus *A* 1; percussus *manu correctoris post corr. e* perfusus *B* 1. c) fuerant *B* 1. d) Grimualdi *A* 1. e) XVI. *Gen. Dag.* f) *sic B* 1. *Gen. Dag. cum C. Fr.*; regnum *A* 1. g) XXVI *Gen. Dag.* h) VI *A* 1. i) Reliquitque *B* 1; Reliquit uero *Gen. Dag.* k) Karolum *B* 1. — *Altera posteriori manu in marg. add. A* 1: De morte pipini. Carol reḡ. l) *sic A* 1. *B* 1 (uite). m) vero *add. B* 1. n) Griūadi *A* 1. o) Karolus *B* 1.

1) *Cf. Historiam Francorum Steinveldensem II, quae narrationem Cont. Fredeg. similiter ampliat, SS. XIII, p.* 728, *n.* 3. 2) *Ita pro* perfossus. 3) *Cf. supra p.* 16, *l.* 4. 4) *Genealogia Dagoberti (cod. Paris. Lat. nr.* 9422*) post verba* Reliquit vero superstitem filium vocabulo Karolo *(f.* 132*a) haec addit:* sepultusque est a coniuge sua Plectrude cum multitudine Francorum Capremontis in ecclesia sancte Dei genitricis Marie, ubi castellum magnum vivens construxerat. *Quod etiam in Historia Francorum Steinveldensi II. l. l.* (et in Capremonte sepelitur) *refertur nec prorsus a fide abhorret, cum Pippinum monasterium illud Capremontis sive Sanctae Mariae in Novo-Castello (Chèvremont sive Kievermunt prope Lüttich) condidisse vel certe donationibus ditasse constet; cf. Mühlbacher nr.* 221; *'N. Archiv' XV, p.* 563; *Hauck, 'Kirchengeschichte Deutschlands' ed.* 2. *I, p.* 295, *n.* 8. 5) *Haec iam supra p.* 17, *l.* 26, *p.* 19, *l.* 1 *sqq. narrata sunt.* 6) *Cf. supra p.* 2, *l.* 11. 12, *infra l.* 21, *p.* 20, *l.* 4. 7) *Cf. infra p.* 20, *l.* 22 (Pippini Karolus dignissimus haeres); *p.* 25, *l.* 11 (dignissimus heres). 8) *Cf. infra p.* 20, *l.* 18. 19.

etenim, Grimoaldi[*, a] genitrix, dum nepoti suo Theodaldo favere desiderat, Carolum[b] á legitima paterni *f. 5a. imperii gubernatione prohibebat, *ipsa[c] cum infantulo C. Fr. c. 8. muliebri consilio tanti regni habenas tractare presumebat[1]. Quod dum crudelius quam oporteret astu femineo disponere decreverat[d], iram Niwistrium[e] Francorum in nepotis sui interitum et principum qui cum eo ex- 715. stiterant[f, 2] celeriter convertit. Qui[g] in exercitum Theodaldi in Cotia silva[3] repentino impetu irruentes[h] cede maxima trucidarunt. Theodaldus[i] cum paucis vix evasit. Qui[k] non multo post tempore vitam innocentem finivit[4]. Cuius in locum Raginfridum[l] maiorem domus sub Dagoberto rege constituunt. Tunc gens illa omnium beneficiorum invicti[5] principis Pippini[m] pariter oblita, in Austrasiam[n] toto impetu properantes, usque ad Mosam fluvium totam illam regionem vastaverunt. Fedus quoque cum Radbodo duce Frisionum contra Pippinios[**] pacti sunt. Sed Dominus, cf. ib. *qui dat et non improperat*[6], Carolum[b] de insidiis novercalibus[7] eruens, palam eum trepidantibus populis[m, 8] manifestum produxit. Tunc veluti cum sol preclaros[o] radios eclipsin[p] ad modicum passus[q] cuncto exerit orbi, sic Pippini Karolus dignissimus haeres[9] languentibus et pene desperantibus de salute populis robustissimus[r] defensor illuxit. Ut autem aperte cunctanti plebi apparuit[s], tanto favore tantaque gratulatione ab uni-

A. Fuld. *) Grim. gen. *omisso add.* *B* 1: relicta Pippini vidua inconparabili odio contra Karolum succensa custodia eum puplica[t] observari iubet. Unde ille divino auxilio liberatus est. Ipsa vero Plectrudis.

**) contra Karolum *B* 1.

a) Grimualdi *A* 1. b) Karolum *B* 1. c) ipsaque *B* 1. d) creuisset *B* 1. e) Niustrium *B* 1. f) erant *(nescio, an rectius)* *B* 1 *(cf. etiam infra a.* 805*)*. g) Super exerc. enim *B* 1. h) inruentes *B* 1. i) vero *add.* *B* 1. k) Q' ui (Qui ui), *littera* i *superscripta erasa corr.* Qui *B* 1. l) Ragunfridum *A* 1; Rainfridum *Gen. Dag.* m) *om.* *B* 1. n) ostasiam *A* 1. o) radios precl. *B* 1. p) ecclipsin *B* 1. q) passos *B* 1. r) robustimus *manu correctoris corr.* robustissimus *B* 1. s) aparuit *A* 1. t) *sic* *B* 1.

1) *Cf. supra p.* 16, *n.* 1. 2) *Cf. infra a.* 805: et principum eius qui cum eo erant. 3) *'La forêt de Cuise', hodie 'la forêt de Compiègne' dicta.* 4) *Cf. supra p.* 15, *l.* 24. *Num Theudoaldus re vera paulo post obierit an diutius vixerit, dubium; cf. Pertz, SS. I, p.* 322, *n.* 20; *Mühlbacher nr.* 30*k*. 5) *Cf. supra p.* 5, *n.* 1. 6) *Iac.* 1, 5: a Deo, qui dat omnibus affluenter et non improperat. 7) *Cf. supra p.* 19, *l.* 22. 8) *I. e. hominibus (cf. supra p.* 3, *l.* 9*)*. 9) *Cf. supra p.* 19, *n.* 6.

versis susceptus est, acsi dominator eorum Pippinus ad consolationem[a] eorum revixisset[b].

Secundo autem anno post discessum patris sui 716.
Pippini Carolus[c] Austrasiorum[d] sortitus est principatum. 715.
Nam primo anno post obitum Pippini Raginfridus[e] usque *C. Fr. c. 8.*
ad Mosam fluvium Austrasios[f] vastavit et cum Radbodo fędus
iniit[1], Saxonesque terram Hattuariorum[g] vastaverunt[h]. *Ann. Petav.*

Eodem tempore Dagobertus rex obiit, qui regnavit annis V. 716. *C. Fr. c. 9.*
Cui[*] successit Hilpericus[2]. Cum ergo audisset idem 717.
Hilpericus[i] cum Raginfrido, quod Carolus[c] solium patris
magna iam ex parte conscenderat, invidia, immo[3] terrore
ducti, exercitum adversus eum congregant[i*], *Radbodo[k] *f. 5b.
suggerentes, ut ipse ex una parte super eum irrueret[l], ipsi
vero ex altera parte per Arduennam[m] silvam in Ripuarios[n] exercitum ducerent, ut ipsum ex utrisque partibus
cohercerent[o]. Carolus[c] autem precellentissimus[4] princeps
de adventu Radbodi certior factus occurrit ei. Initoque 716 *(c. Mart.).*
certamine, magna ex utraque parte clades exstitit[p].
Dirimente nocte cedem, hostis[5] uterque suis sese mandavit[6]. Carolo[q] autem visum est ad resistendum hosti
copias augere. Inde egressus, missos huc atque illuc
dirigens, ad defensionem patriae congregare exercitum
precepit, ut oportuno tempore ingruenti[r] hosti occurreret. Dum haec agerentur, nuntius advolat et Hilpericum[s]
cum Raginfrido Arduennam silvam cum innumerabili[7] exercitu
transisset[t] manifestat. Tunc providus princeps Carolus[c]
exercitum suum in multas partes dividens insidiari

*) Cui succ. Hilp. *omisso B 1 add.:* Franci vero nimirum Danielem quendam[u] clericum, cesarie capitis crescente, in regnum stabiliunt atque Chilpericum nuncupant. *Gen. Dag. habet cum A 1:* Cui successit Hilpericus in regno. *L. hist. Franc. c. 52.*

a) eorum consol. *B* 1. b) reuexisset *post corr.* reuixisset *A* 1. c) Karolus *B* 1. d) ostrasiorum *A* 1. e) rainfridus *A* 1. f) ostrasios *A* 1. g) Battauriorum *(littera* h *pro* b *lecta) A* 1; hattariorum *B* 1. h) *posteriori manu add. A* 1: De obiī Dagoberī reḡ [De obitu Dagoberti regis]. i) Chilpericus *B* 1. i*) ant *in loco raso B* 1. k) Radbodoni *B* 1. l) inrueret *B* 1. m) aruennam *manu correctoris corr.* arduennam *B* 1. n) riguarios *A* 1. *B* 1, *quod emendavi.* o) cohercent *multo post corr.* cohercerent *A* 1. p) extitit *B* 1. q) Karolo *B* 1. r) ingruente *A* 1, *quod emendavi (cf. supra p. 4, l. 27); om. B* 1. s) Chilpericum *B* 1. t) transsisse *A* 1. u) quondam *Liber hist. Franc.*

1) *Haec quoque iam supra p.* 20, *l.* 14 *sqq. narrata.* 2) *Chilpericus II. (717—722).* 3) *Vox* immo *aliquando in nostris occurrit (cf. supra p.* 8, *l.* 6; *infra a.* 778. 781. 784*).* 4) *Cf. supra p.* 2, *l.* 14. 5) *I. e. exercitus. PERTZ.* 6) *Immo Karolus, maximum damnum perpessus, se fugae dedit; cf. Mühlbacher nr.* 30*p; L. de Ranke, 'Weltgeschichte' V,* 2 *p.* 296. 7) *Cf. supra p.* 10, *n.* 2.

716. utroque[a] exercitui inter iniqua loca disposuit. Ipse[b] *cf. C. Fr. c. 9.* cum quingentis ferme viris[1] Arduennam silvam Amblavamque[2] villam ascensu superat[c], et de summa[d] colle hostium castra copiasque considerans, quid illis dampni inferre potuisset[e], prudentissima meditatione tractabat. Erat autem exercitus grandis nimis[3], cooperiens planiciem[4], in qua Amblava villa publica[5] sita est. Erat autem hora prandii, et exercitus Hilperici[f], estivum ut suadebat tempus, in tentoriis et umbraculis[6] reficiebat corpora sua. Cumque invictus[7] princeps summa[d] de colle imminenti lumine[g. 8] perlustraret, accessit ad eum quidam ex militibus postulans, ut sibi permitteret impetu singulari hostium cuneos perturbare. Cumque hoc precibus vix tandem impetraret, arrepto cursu medium discumbentium irrupit[h] agmen. Arreptoque eminus[a. 9] clipeo gladium eduxit, et ab interioribus ad exteriora cursum dirigens, omnes quoscumque[i] eminus[a. 9] invenit trucidat, afforeque[k] illis Carolum[l] magnis vocibus proclamat. Concurrunt igitur undique hostemque bachantem trucidare nituntur. Ipse vero ad fidum presidium domini sui capiendum celerrimo cursu properabat. *f. 5c.* Carolus[l] *vero cernens militem suum in extremis periculis vitae positum non passus est ipsum perire, sed impiger[m] socios arma capere iubet periclitantique famulo audax liberator occurrit. Ereptumque,

a) *ita* *A* 1. *B* 1. b) vero *add.* *B* 1. c) susceperat *A* 1. d) *ita* *A* 1. *B* 1; *cf. supra p.* 11, *l.* 6. e) posset *B* 1. f) Chilp. *B* 1. g) omnia *manu correctoris superscr.* *B* 1, *ut loco mutilo mederetur.* h) inrupit *B* 1. i) quoscuque *A* 1. k) adforeque *B* 1. l) Kar. *B* 1. m) inpiger *B* 1.

1) *Cf. infra a.* 782 (viros quasi quatuor milia quingentos). 2) *Amblève, ad flumen eiusdem nominis, prope Malmédy. Pugna tamen Amblavensis, ut iam D. Bouquet, 'Recueil' II, p.* 683, *et Pertz, SS. I, p.* 323, *n.* 25, *monuerunt, nonnisi cum Chilpericus Colonia rediret contigit (v. infra). Descriptio pugnae pro commenticia habenda; cf. Breysig, 'Karl Martell' p.* 114 *sq.; L. de Ranke, 'Weltgeschichte' V,* 1, *p.* 276 *sq.;* 2, *p.* 296 *sq. Attamen id quod Bonnell (p.* 176 *sq.; cf. etiam p.* 165, *n.* 4*), levissimis argumentis nisus, suspicatur, rem a.* 987. *Lauduni gestam narranti exemplum praebuisse, plane neglegendum, praesertim cum ista sine dubio multo prius scripta sint.* 3) *Ezech.* 37, 10: exercitus grandis nimis valde. *O. H.-E.* 4) *Hanc vocem in nostris aliquando reperire potes (cf. infra p.* 23, *l.* 13; *a.* 743. 787. 805*).* 5) *Cf. supra p.* 14, *n.* 13. 6) *Cf.* 3. *Reg.* 20, 12: bibebat ipse et reges in umbraculis. 7) *Cf. supra p.* 5, *n.* 1. 8) *Legendumne* imminentem hostem perlustraret? *Cf. supra l.* 3. 4: de summa colle hostium castra copiasque considerans. 9) *Legendumne* cominus?

hostem proterit[a] innumerabilemque[1] inimicorum multi- 716. tudinem in fugam convertit[b]. Ex quibus plures ad ęcclesiam quae in eadem villa Amblava[c] sita est confugerunt. Quam cum quidam in ipsius fugae alacritate ingredi properaret, unus ex persequentibus posteriorem[d] pedem foris limen ęcclesiae gladio celeriter amputavit. Quem cum socii pie mentis affectu, cur basilicae septa macularet, arguerent, respondisse fertur, id quod ęcclesia contineret se observasse, ne contingeret, quod autem extra claustra illius celeritate cursus invenerat, iure se amputasse firmabat. Concessit autem serenissimus princeps Carolus[e] vitam his qui ad ęcclesiam confugerant, eosque post Hilpericum[f] ad planiciem[2] fugientem illesos[f*] abire permisit[g]. Ipse vero, detractis ab hostibus spoliis, in propriis se sedibus ad tempus continuit. Hilpericus[h] vero cum lasso exercitu ad Colo- C. Fr. c. 9. niam urbem perrexit[3]. Quam cum expugnare temptaret et in ambiguo exitu certaminis perduraret, Carolique[i] adventus die noctuque deterreret, acceptis ab oppidanis muneribus, regni sui tutamina, non victor, sed profugus, celeritate qua potuit penetravit[4].

Anno[k] ab incarnatione Domini DCCXVII. Carolus[e] C. Fr. c. 10. princeps, non immemor iniuriarum[l] Hilperici[m. 5], exer- 717. citum ab oriente commovit[n], Carbonariam[o] silvam transiens, Hilperici[p] regnum ex parte[q] depopulatus[r] est. Quo comperto idem Hilpericus[s] cum Raginfrido[t] maiore domus ad defendendam patriam sibi in occursum properat. Castrametatus est autem uterque exercitus, haud procul a se distantes[6], in pago Cameracensi[u. 7] iuxta villam quae dicitur Vintiacus[v. 8]. Carolus[e. 9] autem princeps

a) prosternens innumerabilem *B* 1. b) uertit, *eadem manu superscripto* con *corr.* conuertit *B* 1. c) aua *in loco raso B* 1. d) postiorem *A* 1. e) Kar. *B* 1. f) *sic h. l. A* 1. *B* 1. f*) inlesos *B* 1. g) isit *in loco raso B* 1. h) Chilp. *B* 1, *ubi scriba* Hilp. *scribere inceperat, quod statim correxit.* i) Kar. *B* 1, *ubi* principis *add.* k) Anno — DCCXVII. *om. A* 1. l) *ita A* 1. *Vedast. (cf. etiam infra a.* 744*)*; iniurie *B* 1. m) *sic Vedast.;* haperici *corr.* helperici *A* 1; Chilperici *B* 1. n) *ita A* 1. *Vedast.;* commouet *B* 1. o) Carbonariamque *B* 1. p) Helperici *A* 1; Chilperici *B* 1. q) magna ex parte *B* 1. r) populatus *A* 1; depo||latus *recenti manu corr.* depopulatus *B* 1; depopulans *Vedast.* s) Chilp. *B* 1. t) Raginfredo *A* 1; Ragenfrido *Vedast.* u) *ita A* 1. *Vedast.;* camaracense *B* 1; cameracense *Gen. Dag.* v) *ita A* 1. *Vedast.;* uinciacus *B* 1. *Gen. Dag.*

1) *Cf. supra p.* 10, *n.* 2. 2) *Cf. supra p.* 22, *l.* 7. 3) *Cf. supra p.* 22, *n.* 2. 4) *Cont. Fredeg. c.* 9: Munera multa et thesauros a . . Plectrude acceptum, reversus est. 5) *Cf. infra a.* 744: non immemores iniuriarum Hunaldi. 6) *Cf. infra a.* 805: Castra metati sunt autem haud procul a se illi innumerabiles exercitus distantes. 7) *Le Cambrésis.* 8) *Vinchy prope Cambrai. Cf. Pückert l. l. p.* 144. 9) *Quae hic multo proliziora [quam in Cont. Fredeg.] describuntur, Caroli*

717. more maiorum legatos suos ad Hilpericum[a] dirigit, ea quae pacis sunt[1] postulans. Et ne forte nobilium Francorum cruor inter illos effunderetur[2], paternum sibi suadet restaurari principatum. Compertumque omnibus *f. 54. esse[b], genitorem suum *Pippinum omnes occidentales Francos[c] olim cum iusticia et pietate dominasse, nec illum aliquid aliud postulare, nisi ut preesset his, quos pater suus quondam iusta ditione gubernabat[d]. Quod ut audivit Hilpericus[a] et Raginfridus, magna indignatione repleti[3], non solum sibi hoc imperium denegabant, sed, quod[e] sibi ex paterno principatu contigerat, ipsum spoliare minitabant[4]. Seque[f] ut crastino die ad bellum prepararet, admonebant[g], ut ibi divinae iusticiae iudicium subiret[5], et quis deinceps regnum Francorum regere deberet, divina potestas declararet. Quo audito Carolus[h] princeps ducibus et optimatibus superbi regis responsum manifestat[6], ipsi vero alacri animo bellum, quod rex edixerat, cum Dei auxilio committere non Mart. 21. tardabant[i]. Crastino[k] itaque die, cum sol orbi refulserat[l], uterque exercitus non equa multitudine nec audacia acie conserta paratus ad[m] bellum constiterat[7]. Nam Hilpericus[n] cum innumerabili[8] exercitu, sed vulgari quidem commixta plebe, Caroli[h] adventum expectabat; Carolus[h] vero princeps cum pauciori quidem agmine, sed probatissimis ad certamen viris aciem in C. Fr. c. 10. hostem dirigebat. Commissa est autem in illa die crudelissima pugna. Quae diu sub incerta sorte victoriae utraque ex parte dimicavit[o]. Tandem* succurrente Carolo[h]

*) enim ambiguitas sui *(sic!) add.* *B* 1.

a) Chilp. *B* 1. b) dicit *manu correctoris post add.* *B* 1. c) omnibus occidentalibus Francis *B* 1. d) gubernauerat *B* 1. e) id quod *B* 1. f) illumque *B* 1. g) ammon. *B* 1. h) Kar. *B* 1. i) tardabat *B* 1. k) r *in loco raso* *B* 1. l) refulsisset *B* 1. m) ab *corr.* ad *B* 1. n) *sic h. l.* *A* 1. *B* 1. o) *ita* *A* 1. *B* 1; militavit *Vedast.*

legatio, legatorum verba de cruore nobilium Francorum non effundendo, pax negata, Chilperici copiae innumerae sed inordinatae, socii Karoli pauci et optimi, eodem fere modo supra in pugnae Textricianae descriptione referuntur, ita ut hic historiam legere non mihi videar. PERTZ. Pacem a Karolo postulatam, ab adversariis negatam esse, etiam Liber hist. Francorum c. 53. *refert.* 1) *Cf. Luc.* 14, 32; *supra p.* 9, *n.* 6. 2) *Cf. supra p.* 9, *l.* 23 *sqq.:* in quo nobilissimus et cognatus sanguis Francorum sub incerto belli impetu funderetur. 3) *Cf. supra p.* 2, *l.* 9. 4) *Hanc narrationis nostrae partem L. de Ranke l. l. V,* 1, *p.* 277 *sq. minime spernendam, immo magni aestimandam censet.* 5) *Cf. supra p.* 8, *l.* 28; *infra a.* 743. 6) *Cf. supra p.* 7, *l.* 16. 7) *Cf. supra p.* 10, *l.* 12. 13. 8) *Cf. supra p.* 10, *l.* 14.

divina misericordia Hilpericus[a] rex cum suis in fugam con- 717. C. Fr. c. 10. versus[b] est, Raginfridus[c] quoque fuga lapsus socios suos cruentae[d] cedi exterminandos dereliquit. Carolus[e] vero princeps, divino auxilio victoria patrata, spoliis[f] innumerabilibus[1] suis distributis, ad persequendum Hilpericum[a] regem et Raginfridum[g] iter agere cepit. Persecutusque est eos usque in Parisius civitatem. Cunctaque[h] regione subacta cum magna laeticia[2] et prosperitate ad orientales partes sui imperii est reversus, Coloniamque urbem ingressus, paternis thesauris *a Plectrude noverca sua receptis, in solio regni *f. 6a. sui dignissimus heres[3] resedit[i]. Hilpericus[a] itaque et Raginfridus[k] legationem ad Eodonem ducem Aquitaniorum dirigunt eiusque[l] auxilium postulant et, ut Carolo[e] cum eis resisteret, magnis muneribus invitabant[m].

Anno[n] ab incarnatione Domini DCCXVIII. Eodo 719. C. Fr. c. 10. dux Aquitaniorum commoto exercitu Wasconum simul cum Hilperico[a] et Raginfrido[o] adversus Carolum[e] principem arma corripit. Carolus[p] intrepidus eis occurrere[q] maturavit. Quod cum audisset Eodo[r], Carolum quidem[s] esse in itinere et paratum esse á sui[t] regni finibus superbum[4] hostem repellere, territus fugit, Hilpericum[a] regem[u] secum thesaurisque regalibus sublatis evexit. Carolus[e] vero secutus est eum usque Aurelianis civitatem. Ibique castra posuit, legatos[v] ad Eodonem mittit, ut[w] sibi regem cum thesauris, quos abstulerat, transmittere non negaret[x], commendavit. Ipse vero[y] 720. terrore perculsus, verba Caroli[e] principis contempnere non audens, statim sibi regem Hilpericum[a] cum thesauris direxit. Suscepto aútem rege, Carolus[e] misericorditer[5] erga ipsum egit sedemque sibi[z] regalem sub sua ditione concessit.

a) Chilp. *B* 1. b) uersus *B* 1. c) Ragenfridus *B* 1. d) cruenti *A* 1; cruente *B* 1. e) Kar. *B* 1. f) *ita A* 1. *Vedast.*; spolia innumerabilia suis fidelibus distribuit et *B* 1. *Gen. Dag.*, *ubi* dedit. *An* suis fidelibus *legendum sit, dubium videtur (cf. supra p.* 12, *l.* 1. 2; *infra a.* 772). g) Ragenfridum *B* 1; Ragemfridum *Vedast.*; Rainfridum *Gen. Dag.* h) illa *add. B* 1. *Gen. Dag. Nescio, an recte.* i) *ita B* 1. *Vedast.*; redit *A* 1. k) Ragenfridus *B* 1; Ragemfridus *Vedast.* l) eique *A* 1; eius *C. Fr. l. l.* m) *posteriori manu add. A* 1: De Eudone. n) Anno — DCCXVIII. *om. A* 1. o) Ragenfrido *B* 1; cum Ragemfrido et Chilperico *Vedast.* p) Karolus autem *B* 1. q) n̄ (non) *add. A* 1. r) e *in loco raso posteriore manu B* 1. s) *om. B* 1. t) fin. regni sui *B* 1. u) secum regem *B* 1. v) et leg. *B* 1. w) et ut *B* 1. x) tardaret, mandauit *B* 1. y) Eodo *add. B* 1. z) illi *B* 1. *Gen. Dag.*

1) *Cf. supra p.* 10, *l.* 14. 2) *Cf. infra a.* 781: Inde reversus est cum magna leticia in Franciam; 804: Inde autem cum laeticia magna regressus. 3) *Cf. supra p.* 19, *l.* 21. 4) *Cf. supra p.* 7, *n.* 2. 5) *Cf. supra p.* 6, *n.* 2.

A. Petav. 718. Eodem[a] anno Carolus[b] princeps vastavit Saxoniam plaga magna et pervenit usque ad Viseram[c] fluvium. Omnique illa regione subacta ad propria victor revertitur*. [1].

725. C. Fr. c. 12. Anno[d] ab incarnatione Domini DCCXVIIII. Carolus[b] congregato exercitu Rethnum[e] fluvium transiit, Alamanniam[f] lustrat, ad[g] Danubium usque pervenit. Illoque transvecto[h] fines[i] Baugariorum occupavit. Subactaque illa gente cum thesauris multis et matrona quadam nomine Belectrude[k] et nepta sua[2] Sonihilde[l] adiuvante Domino victor ad proprias sedes revertitur[m].

724. cf. C. Fr. c. 11. Anno[n] ab incarnatione Domini DCCXXV. Transactis autem[o] ferme quinque[p] annorum cursibus Raginfridus quondam maior domus contra Carolum[b] se erigere *f. 6b. temptaverat[q]. Contra quem Carolus[b] exercitum *duxit ib. et[r] in civitate Andegavis[3] inclusit, filiumque eius obsidem ducens, ipsum comitatum sibi quamdiu vixisset[s] solita pietate[4] habere concessit[5].

Lapsis[t] identidem[u] curriculis annorum sex[6], anno C. Fr. c. 13. scilicet DCCXXXI. ab incarnatione Domini, Eodo dux Aquitaniorum á iure federis, quod Carolo[b] principi promiserat[7], recessit. Quo comperto Carolus[b] princeps exercitum

A. Fuld. 717. *) *B 1 add.:* His temporibus Winfridus, qui et postea, cum episcopus ordinaretur, Bonefacii nomen accepit, doctor catholicus, natione Anglus, primum Romam, deinde cum actoritate[v] Gregorii pape in Franciam ad predicandum ib. 719. verbum Dei venit. Idemque Bonefacius a presule sedis apostolice Gregorio Magontie civitati, metropoli Germanie, archiepiscopus ordinatur et legatus Germanicus Romane ęcclesię in Franciam mittitur. Qui predicatione sua multos populos, Thuringorum videlicet, Hessionum[w] et Austrasiorum, ad fidem rectam, á qua diu aberraverant, convertit, monasteria quoque monachorum et virginum primus in partibus Germánie instituit[x].

a) autem *add. B* 1. b) Kar. *B* 1. c) ui||rā *A* 1; uiserā, *manu correctoris corr.* vuiserā *B* 1. d) Anno — DCCXVIIII. *om. A* 1. e) Rehtnum *A* 1; Rhenum *B* 1. f) alamanniamque *B* 1. g) et ad *B* 1. h) traiecto *B* 1. i) fines — gente *om. B* 1. k) Plectrude *B* 1. l) Sonohilde *A* 1; *cf. etiam infra a.* 741. m) *Posteriori manu add. A* 1: De Belectrude et Sonehilde. n) Anno — DCCXXV. *om. A* 1. o) *om. B* 1. p) V*e* *B* 1. q) temptauit *B* 1. r) et illum *B* 1. s) uixit *B* 1. t) *Eodem versu pergunt A* 1. *B* 1. u) etiam *B* 1. v) *sic c.* w) Hessiorum *Ann. Fuld.* x) *sic Ann. Fuldensium rec. III.*

1) *Nihil nisi verba sunt, nostris usitata; cf. Breysig, 'Karl Martell' p.* 29, *n.* 7. 2) *I. e. Belectrudis; cf. Mühlbacher nr.* 37*c.* 3) *Angers.* 4) *Cf. supra p.* 6, *l.* 9. 10. 5) *Pauli Hist. Langobardorum VI,* 42, *SS. rerum Lang. p.* 179: Cui tamen unam, hoc est Andegavensem, civitatem ad habitandum concessit. 6) *Cf. supra p.* 16, *l.* 3. 7) *Cf. supra p.* 25, *l.* 25 *sqq.*

congregans Ligerem fluvium transiit. Eodoneque[a] fugato bis eodem anno Aquitaniam populatus est. Multisque[b] thesauris sublatis ad proprias sedes principatus[c] sui[1] cum gaudio[2] remeavit. C. Fr. c. 13.

Anno[d] ab incarnatione Domini DCCXXXII. Eodo dux cernens se[e] superatum et ad defendendam patriam suam contra Carolum[f] se viribus esse[g] destitutum, gentem perfidam Sarracenorum ad auxiliandum sibi invitat. Qui cum rege suo[3] Abdirama nomine[h] Garonnam[i] fluvium transeunt, Burdigalem[k] urbem pervenerunt. Ibique ęcclesiis Dei igne concrematis pluribusque[l] Christianis interfectis, usque ad Pictaven[m] urbem profecti sunt. Basilicaque[n] sancti Hilarii[o] igne concremata, ad beatissimi Martini ęcclesiam subvertendam summo conamine proficisci contendunt. Contra quos Carolus[f] princeps iuxta urbem Pictaven[m] aciem construxit[p], et super eos invocato Christi auxilio intrepidus irruit et eos cum rege eorum usque ad internitionem delevit[4]. Acceptisque spoliis eorum, nomen Domini glorificans, tota iam Aquitania subacta[q], ad propria revertitur. C. Fr. c. 13. (Oct.)

Anno[r] ab incarnatione Domini DCCXXXIII. Carolus[s] princeps regnum[t] Burgundiae cum valida manu[5] penetravit, finesque regni illius fidelibus suis ducibus probatissimis ad regendum dedit. Indeque victor reversus ad propria redit[u], in omnibus sese sapienter et fiducialiter agens. C. Fr. c. 14.

Anno[v] ab incarnatione Domini DCCXXXIIII. Carolus[f] princeps in Frisiam proficiscitur omnesque rebelles eius gentis[w] trucidavit, ceterosque, quos vivos[x] reliquerat[y], acceptis obsidibus suae ditioni subiugavit[z, 6].

a) Eodone vero *B* 1. b) Multis quoque *B* 1. c) sui princip. *A* 1 *(sed cf. infra a. 736)*. d) Anno — DCCXXXII. *om. A* 1. e) *ita A* 1. *Font. (cf. C. Fr. l. l.)*; esse *h. l. add. B* 1. f) Kar. *B* 1. g) *ita A* 1. *Font.*; esse *om. h. l. B* 1. h) *cf. 'N. Archiv' XVI, p.* 603. i) Garannum *A* 1. k) et ad Burd. *B* 1. l) plurimisque *B* 1. m) Pictavem *Font.*; pictauam *B* 1. n) basilicamque *Font.* o) Hylarii *A* 1. p) *sic A* 1. *Font. (cf. supra p. 9, l. 9)*; instruxit *B* 1 *(cf. C. Fr. l. l.* aciem instruit). q) cum triumpho *add. Font. (ex fonte, ut putaverim). Cf. C. Fr. l. l.*: sicque victor de hostibus triumphavit; *Chron. Anianense (SS. I, p.* 291, 40*)*; *Breysig, 'Karl Martell' p.* 114. *et infra a.* 737. 783. 784. r) Anno — DCCXXXIII. *om. A* 1. s) Karolo, o *eraso eadem manu corr.* Karolus *B* 1. t) *ita A* 1. *B* 1; regionem *C. Fr. l. l.* u) rediit *B* 1. v) Anno — DCCXXXIIII. *om. A* 1. w) gentes *B* 1. x) uiuus *post corr.* uiuos *B* 1. y) reliquit *B* 1. z) *altera manu post add. A* 1: De morte Eudonis.

1) *Cf. supra p.* 13, *l.* 8; 14, *l.* 3; 23, *l.* 15; *infra a.* 739. 2) *Cf. infra a.* 769. 787. 789. *necnon a.* 801. 804 *(bis)*. 805 *(bis)*. 3) *Immo praefecto Hispaniae.* 4) *Cf. infra a.* 737. 5) *Ita vel* cum manu valida *aliquoties; cf. supra p.* 17, *l.* 17; *infra a.* 743. 748. 765. 778; 783 (adunata manu valida). 6) *Cf. Chron. Anianense, SS. I, p.* 291 (ac suo subiugavit imperio); *Breysig, 'Karl Martell' p.* 73, *et infra a.* 736, *ubi eaedem res iterum narrari videntur. Iam a.* 733. *Karolus in Wistrachiam perrexit, sed manifesto parum profecit.*

C. Fr. c. 15. Anno[a] ab incarnatione Domini DCCXXXV. Eodo dux mortuus est. Quod cum audiret[b] invictus[1] princeps *f. 6c. Carolus[c], adunato exercitu *Ligerem fluvium transiit[d], usque ad[e] Garonnam et urbem Burdigalensem[f] et castra Blavia[2] occupavit. Illamque regionem cepit et subiugavit cum urbibus ac suburbanis eorum[g, 3]. Ducatumque illum solita pietate[4] Hunaldo filio Eodonis dedit, qui sibi et filiis suis Pippino et Carolomanno[h] fidem promisit[5].

734. C. Fr. c. 17. Anno[i] ab incarnatione Domini DCCXXXVI. Perfida[6] gens Frisionum fidem, quam dudum Carolo[c] promiserat, fraudare[k] conatur. Contra quos Carolus[c] navali evectione preparat exercitum. Altum[l] mare ingressus[7], navium[m] copia adunata ad Wistramchi[n] et Austrachia[o] insulas[8] pervenit, super Bordine[p, 9] fluvio castra ponens, Bobbonem[q] gentilem ducem illorum interfecit exercitumque prostravit, fana eorum destruxit, et cum innumerabilibus[10] spoliis Christo auspice ad propria est reversus.

736. C. Fr. c. 18. Eodem quoque anno Carolus[c] princeps Burgundie regnum[r] adiit, Lugdunum[s] Galliae urbem munitissimam[11] suae ditioni subegit, et usque Massiliensem urbem et Arelaten[t] civitatem penetravit, suisque ducibus omnia in potestate dere-738. cf. C. Fr. c. 19. lictis[u], ad sedem principatus sui feliciter remeavit. Collectoque exercitu Saxoniam bello contrivit sibique tributarios[12] fecit.

a) Anno — DCCXXXV. *om.* *A* 1. b) audisset *B* 1. c) Kar. *B* 1. d) *sic B* 1 *et C. Fr.;* transit *A* 1, *ubi sequitur locus rasus 2 litterarum;* et *add.* *B* 1. e) ad *om.* *B* 1. f) burdegalensem *B* 1. g) *ita A* 1. *B* 1, *depravatum ex* castrorum, *ut C. Fr. habet.* h) Carolomagno *A* 1; Karlomanno *B* 1. i) Anno — DCCXXXVI. *om.* *A* 1. k) fradare *A* 1. l) Altumque *B* 1. m) *sic C. Fr.;* nauigium *A* 1. *B* 1. n) wistramci *A* 1; uuistriamchi *B* 1; Unistrachia *C. Fr.* o) *sic C. Fr.;* austracia *A* 1; uuastrachia *B* 1. p) Super Bordinem vero fluuium *B* 1. q) Poponem *B* 1. r) burgundiam *B* 1; *cf. supra p.* 27, *l.* 21. s) lugdunumque *B* 1. t) arelatē *B* 1. u) tradens *B* 1.

1) *Cf. supra p.* 5, *n.* 1. 2) *Scribendum erat:* castrum Blaviam. *Cont. Fredeg.:* castro Blavia. *Blaye (Gironde).* 3) *Cont. Fredeg.:* cum urbibus ac suburbana castrorum. 4) *Cf. supra p.* 6, *n.* 4. 5) *Cf. infra a.* 742. 6) *Haec vox in nostris frequenter occurrit; cf. infra a.* 744 *(bis).* 748. 754. 762. 763 *(bis).* 768. 778. 782 *(bis).* 804. 7) *Cont. Fredeg.:* navale evectione praeparat; certatim alto mare ingressus . . ., *unde nostrorum* exercitum *depravatum esse veri simile.* 8) *De his insulis cf. Breysig l. l. p.* 73; *Willibaldi Vit. Bonifatii c.* 8 *(SS. r. G. p.* 49*):* secus ripam fluminis quod dicitur Bordne, quod est in confinibus eorum, qui rustica dicuntur lingua Ostor- et Westeraeche. 9) *Boorn.* 10) *Cf. supra p.* 10, *l.* 14. 11) *Munitiones urbium sive castrorum in nostris praedicari solent; v. infra a.* 752. 755. 778 (Cesaraugustam munitissimam urbem); *passim.* 12) *Cf. infra a.* 738. *In Cont. Fredeg., quae haec multo prolixius narrat, tantum legitur:* gentemque illam sevissimam ex parte tributaria esse praecepit.

Anno[a] DCCXXXVII. Nuntiatum est invicto[1] Carolo[b] *C. Fr. c. 20.* principi, quod seva[2] gens Sarracenorum obtenta Septimania et Gotia in partes iam Provinciae irruissent castrumque[3] munitissimum Avinionem per fraudem[c] quorumdam Provincialium comitatum[d] illum[4] obtinuissent. Quapropter exercitum congregans illuc iter dirigebat. Premissisque quibusdam exercitus sui principibus, qui castrum obsiderent, ipse prosecutus est predictamque urbem obsidione circundat[e]. Machinisque compositis urbem munitissimam diruit ipsamque cum habitatoribus suis igne et gladio consumit. Rodanum fluvium dehinc[f] transiit, Gothorum fines penetravit, Narbonam[g] urbem cęleberrimam castris circumcinxit, regem Sarracenorum nomine Athima[h, 5] cum satellitibus suis ibidem reclusit. Haec audientes maiores natu Sarracenorum, qui morabantur in regione Hispaniae, collecto *exercitu, cum alio rege nomine Amormacha[i, 6] adversus *f. 6d. Carolum[b] arma corripiunt. Contra quos invictus[7] princeps Carolus[k], civitate Narbona sub custodia derelicta[8], in loco[9] qui vocabatur[l] Birra[m], septimo ab urbe miliario, intrepidus occurrit. Ubi, divina misericordia succurrente[10], pugna acerrima [commissa[n]] Carolus[b] princeps victor extitit. Regem[o] prefatum Sarracenorum interemit exercitumque eius penitus usque ad internitionem[p] delevit[11]. Spoliis[q] innumera-

a) *ita B 1 (cf. Font.);* A. DCCXXXVII. *om. A 1.* b) Kar. *B 1.* c) frudem *post corr.* fraudem *A 1.* d) *sic A 1. B 1. Font.* (comitatibus *pro* comitibus *A 1 etiam a.* 751 *habet; v. infra).* e) *sic A 1. B 1.* f) dehinc fl. *Font.* g) *ita A 1. Font.;* narbonem *B 1.* h) *sic A 1 et C. Fr.;* Adthima *B 1. Font.* i) *sic B 1 et C. Fr. et Font.;* Anarmacha *A 1.* k) Kar. *B 1;* Car. princ. *Font.* l) vocatur *Font.* m) Byrra *Font.* n) *ita B 1. Font.; om. A 1.* o) vero *add. B 1.* p) internetionem *B 1.* q) spoliisque *B 1.*

1) *Cf. supra p.* 5, *n.* 1. 2) *Cf. infra a.* 778 (sevissimorum Sarracenorum). 3) *Cf. Pückert l. l. p.* 159, *n.* 4. 4) *Scribendum erat:* comitum infidelium; *cf. Cont. Fredeg. l. l.:* insidiantibus infideles homines sub dolo et fraude, Mauronto quidem cum sociis suis; *infra a.* 739; *Breysig p.* 80. 5) *I. e. Abderrahman. Forte Iussef ibn Abderrahman satrapes Narbonensis; cf. Chron. Anian. a.* 734, *SS. I, p.* 291 *(Chron. Aquitanicum, Dorr, De bellis Francorum cum Arabibus gestis p.* 45*)*; *Breysig p.* 82, *n.* 3; *Krusch, SS. rerum Merov. II, p.* 178, *n.* 2. 6) *Omar ibn Chaled intelligitur; cf. Chron. Anian. l. l. p.* 292 *(Chron. Aquitan. l. l.)*; *Krusch l. l. n.* 3. 7) *Cf. supra n.* 1. 8) *Cf. infra p.* 30, *l.* 3. *Similia referuntur in Chron. Anianensi l. l.:* Tunc Karolus partem exercitus sui ad obsidendam civitatem reliquit, reliquam vero partem sumpta *etc., quae R. Dorr l. l. p.* 41. 45. *aeque ac in nostros ex Chronico quodam Aquitanico assumpta esse opinatur.* 9) *Immo ad Birram fluvium, hodie Berre dictum;* in loco qui dicitur Birra *etiam Chronicon universale —* 741, *SS. XIII, p.* 19. 10) *Cf. supra p.* 24, *l.* 28. 11) *Iisdem verbis* (usque ad internitionem delevit) *Annales Fuldenses a.* 733, *SS. r. G. p.* 3, *utuntur, quod tamen, ab editore dissentiens, casu effectum censeam; est locutio eo aevo usitata, cf. etiam supra p.* 27, *l.* 17.

C. Fr. c. 20. bilibus[1] ditatus, cuncta[a] depopulata Gotia dirutisque[b] civitatibus devictisque universis hostibus preter eos quos in Narbona[c] incluserat, urbe eadem sub custodia derelicta[2], cum magno triumpho[3] remeavit in Franciam.

cf. C. Fr. c. 19. Anno[d] DCCXXXVIII.[4] Carolus[e] princeps Rethnum[f] transiens, Saxoniam[g] hostiliter[5] invadens, Saxonesque[h] obsidibus acceptis propriae ditioni restituit ipsosque iterum[i] tributarios fecit[6].

C. Fr. c. 21. Anno[k] DCCXXXVIIII. Carolus[e] commoto exercitu universali[7] partibus[l] Provinciae iter dirigit Avinionemque iterum *cf. Ann. Petav.* cepit[8]. Totaque Provincia usque[m] litus maris peragrata ad *C. Fr. c.* 21. Massiliam pervenit. Fugatoque duce Moronto[n], qui quondam Sarracenos in suae perfidiae presidium adsciverat[9], nullo iam relicto adversario, totam illam regionem Francorum imperio subiugavit. Et cunctis strenue dispositis[10] ad proprias reversus est sedes[o, 11].

Anno[p] DCCXL. Carolus[e] princeps precellentissimus[12], devictis in circuitu Francorum[q] hostibus[13], eo anno interiora regni sui cum pace disponens, nullam in partem exercitum duxit[14].

Anno[r] DCCXLI. Carolus[e] princeps, domitis circumquaque positis gentibus[15], dum ea quae pacis erant[16] 739. *C. Fr. c.* 22. infra sui regiminis terminos disponeret[17], bis eodem anno legationem beatissimi[s] papae[t] Gregorii[18] ab apostolica sede directam suscepit[u, 19]. Qui sibi claves venerandi sepulchri[v] principis apostolorum Petri eiusdemque pretiosa vincula cum muneribus

a) *ita B* 1. *Font.; om. A* 1. b) derutisque *A* 1; diruptisque *B* 1. *Font.* c) narbo *in loco raso A* 1. d) *ita B* 1 *(cf. Vedast.)*; A. DCCXXXVIII. *om. A* 1. e) Kar. *B* 1. f) renum *B* 1. g) saxoniamque *B* 1. h) *ita A* 1. *B* 1. i) sibi *add. B* 1. k) A. DCCXXXVIIII. *om. A* 1. l) *ita A* 1. *Font. (cf. 'N. Archiv' XVI, p.* 603*)*; in part. *B* 1. m) ad *add. B* 1. n) *ita B* 1. *Font.*; Moranto *A* 1. o) sedes rev. est *Font.* p) A. DCCXL. *om. A* 1. q) fracorum *A* 1. r) *ita B* 1 *(cf. Vedast.)*; A. DCCXLI. *om. A* 1. s) *(ut infra p.* 32, *l.* 1: beatissimi martiris Dionisii*)*; beati *Font. Vedast. Cf. C. Fr. l. l.; Pückert l. l. p.* 118. t) *ita A* 1. *Font.*; Greg. pape *B* 1. u) *in marg. altera manu post add. A* 1: Gregorii pape legationum *[sic]*. v) sepulcri *B* 1.

1) *Cf. supra p.* 10, *l.* 14. 2) *Cf. supra p.* 29, *l.* 17. 3) *Cf. supra p.* 27, *n.* q. 4) *Huic anno re vera ascribenda, quae prava nostrorum easdem res iterandi consuetudine iam a.* 736. *strictius narrantur; cf. supra p.* 28, *n.* 12. 5) *I. e. cum exercitu.* 6) *Cf. supra p.* 28, *n.* 12. 7) *Cf. supra p.* 13, *l.* 13. 8) *Cf. supra p.* 29, *l.* 3 *sqq.* 9) *Cf. supra p.* 29, *n.* 4. 10) *Cf. supra p.* 13, *n.* 4. 11) *Cf. supra p.* 27, *l.* 3. 12) *Cf. supra p.* 2, *l.* 14. 13) *Cf. supra p.* 16, *l.* 3. 4. 14) *Cf. supra p.* 18, *l.* 23. 24. *Ann. Petav.*: sine hoste fuit hic annus; *Mühlbacher nr.* 41*e*. 15) *Cf. supra n.* 13; *p.* 15, *l.* 5. 16) *Cf. Luc.* 14, 32; *supra p.* 9, *n.* 6. 17) *Cf. supra l.* 19. 18) *Gregorii III.* (731—741). 19) *Cf. epistolas a papa ad Karolum directas in Codice Carolino nr.* 1. 2, *Epp. III, p.* 476 *sqq.*; *Mühlbacher nr.* 41*d*.

magnis delatis obtulerunt[a], quod[b] antea nulli[c] Francorum C. Fr. c. 22. *principi a quolibet presule Romanae urbis directum fuit. *f. 7a. Epistolam[d] quoque decreto[e] Romanorum principum[1] sibi predictus presul Gregorius miserat, quod sese populus Romanus, relicta imperatoris[f] dominatione, ad suam defensionem et invictam clementiam convertere voluisset[g]. Ipse vero, his omnibus cum gaudio et gratiarum actione Domino repensis[h], cum maioribus muneribus ipsos legatos ad propria dirigebat. Viros quoque religiosos ex suis fidelibus cum magnis muneribus ad limina beati Petri apostolorum principis[i] anno eodem dirigit, Grimonem[k] scilicet Corbiensis[2] monasterii abbatem[l] et Sigibertum reclusum[m] basilicae sancti Dionisii[3] martiris[n], et per eos omnia in responsis quae sibi visa fuerant memorato presuli scriptisque[o] epistolis destinavit[p].

Eodemque[q] anno, dum memoratus princeps Carolus[r] se egro- C. Fr. c. 21. 23. tare cerneret, congregatis[s] in unum omnibus optimatibus suis, principatum suum inter filios suos aequa lance divisit. Primogenito suo Carolomanno[t] Austriam, Alamanniam, Toringiam[u] subiugavit, filio vero iuniori suo[v] Pippino Niustriam[w], Burgundiam Provinciamque concessit. His rite peractis[4] Pippinus C. Fr. c. 24. iam princeps factus pro quibusdam causis corrigendis exercitum in Burgundiam ducit et ea quae emendanda fuerant in principatu gentis illius solida gubernatione correxit. Eodem anno in sole et luna et stellis signa apparuerunt, et sacratissimus ordo paschalis[x] turbatus est[y]. Carolus[r] preterea princeps ad Parisiacam civitatem properans ad sepulcrum

a) optul. *A* 1. b) quę *B* 1. c) nullo *Anian. Cf. comparationem, quam institui in 'Forsch. z. D. G.' XX, p.* 396 *sqq.* d) Epl'a (Epistola) *A* 1. e) *sic B* 1. *Vedast.;* decreta *A* 1; et decreta *Anian. Lectionem* decreto *etiam Mühlbacher nr.* 41d *praeferendam ducit. Brunner, 'Deutsche Rechtsgeschichte' II, p.* 84, *n.* 5, *verba Chronici Anianensis sola exhibens, decreta, quibus Romani principes Karolum consulem vel ducem elegerint ('Die Wahlschreiben') intellexit.* (Epistola . . . decreta *cum A* 1 *legendum esse censeo H.-E.).* f) imperatorum *eadem manu corr.* imperatoris *B* 1. g) vel vellet *manu correctoris superscr. B* 1. h) *sic B* 1. *Vedast.;* repensus *A* 1. i) princ. apost. *Anian.;* beatissimi princ. apost. Petri *Font.* k) Gr *in loco raso B* 1. l) patrem *Font.* m) *ita A* 1. *B* 1. *Anian.;* reclausum *Font.* n) martyris *h. l. B* 1. o) scriptis *B* 1. p) *altera manu post add. A* 1: De deuisione regn̄ inter Carlomannum et Pipinum. q) Eodem vero *B* 1; Eodem *Font.* r) Kar. *B* 1. s) s *in loco raso B* 1. t) Carolomagno *A* 1; Karolomagno *manu correctoris corr.* Karolomanno *B* 1. u) *sic Lob. Vedast.;* Torungiam *radendo corr.* Toringiam *A* 1; Toringiamque *Font.;* Turingiamque *B* 1. v) *ita A* 1. *Font.; om. B* 1. w) Iniustriam *A* 1; Neustriam *Font. Lob. Vedast.* x) pascalis *A* 1. *Cf. infra ad a.* 759. — *Altera manu post. in marg. add. A* 1: Error pascalis. y) fuit *B* 1 *ut C. Fr.*

1) *L. M. Hartmann, 'Geschichte Italiens im Mittelalter' II,* 2, *p.* 199, *perperam Romanos imperatores intellegere vult; rectius Ernst Mayer in 'Deutsche Zeitschrift für Kirchenrecht' XIV, p.* 17, *n.* 4. *de proceribus Romanis cogitat; cf. Waitz, 'VG.' ed.* 2. *III, p.* 88, *n.* 1; *infra a.* 800 (occurrit ei pridie Leo papa et Romani principes cum eo). 2) *Corbie (Somme).* 3) *Saint-Denis (Seine).* 4) *Cf. supra p.* 14, *n.* 1.

741. C. Fr. c. 24. beatissimi martiris Dionisii orationis causa pervenit, cui multa munera post actam orationem devoto animo contulit. Inde[a] veniens ad Carisiacam[1] villam super fluvio[b] Isera[2] sitam perrexit, in qua valida febre correptus in pace obiit, cunctis in giro gentibus positis Francorum ditioni subactis[3]. Rexitque populum Francorum annis XXVI et mensibus VI[4]. Transiit Oct. 22. *f. 7b. itaque XI. Kal. Novembris, sepultusque *est[c] haud[d] longe a Parisiaca civitate[e] in basilica sancti Dionisii martiris.

Carolus[f] autem adhuc vivens, cum inter filios suos Carolomannum[g] et Pippinum principatum suum divideret, tertio filio suo Gripponi, quem ex concubina[h] sua Sonihilde, quam de Bawaria[i] captivam adduxerat[5], habuit, suadente eadem concubina[k], partem ei[l] in medio principatus sui tribuit, partem videlicet aliquam Niustriae[m] partemque Austriae et Burgundiae[6]. De hac autem terna[n] portione, quam Griphoni[o] adolescenti decessurus princeps tradiderat, Franci valde contristati erant, ut[p] per consilium improbae[q] mulieris fuissent divisi et a legitimis heredibus seiuncti. Consilioque inito, sumptis secum principibus Carolomanno[r] et Pippino, ad capiendum Griponem exercitum congregant. Haec audiens Gripo, una cum Sonihilde genitrice sua fuga lapsus, cum his qui se[s] sequi voluerant in Lauduno[t]-Clavato[7] se incluserunt. Carolomannus[u] vero et Pippinus[v] eos subsequentes castrum[8] obsident. Cernens[9] autem Gripo[w], quod minime potuisset[x] evadere, in fiduciam fratrum suorum venit[10]. Quem Carolomannus[u]

a) vero *add.* *B* 1. b) *ita* *A* 1. *Font.;* fluuio *(o in loco raso) manu correctoris corr.* fluuiū *B* 1. c) *om.* *B* 1. d) aud *manu correctoris corr.* haud *B* 1. e) ciu *in loco raso* *B* 1. f) Kar. *B* 1. g) Karlomannum *B* 1. h) conc. sua *om.* *B* 1. i) Bawariam (*om.* de) *A* 1. k) sua *add.* *B* 1. l) *ita* *A* 1. *B* 1. m) iniustrię *A* 1. n) tercia *B* 1. o) grophoni *A* 1. p) quod *B* 1. q) mul. inprobe *B* 1. r) Karlomanno *B* 1. s) eum *B* 1. t) lugduno *B* 1. u) Karlomannus *B* 1. v) pipinus *h. l.* *B* 1. w) grippo *h. l.* *B* 1. x) posset *B* 1.

1) *Quierzy, prope Noyon (Aisne).* 2) *Oise.* 3) *Cont. Fredeg.:* cuncta in giro regna adquisita; *cf. supra p.* 16, *l.* 4. 4) *Cont. Fredeg.:* Rexit autem utrasque regna an. XXV S. 5) *Cf. supra p.* 26, *l.* 8. 9. 6) *Haec Annales q. d. Einhardi, SS. r. G. p.* 3, *minus recte quam nostri referre neque, ut Pertz et Kurze autumant, ex eodem fonte hausisse videntur; cf. Waitz, 'VG.' ed.* 2. *III, p.* 32 *n.* 3; *L. de Ranke, 'Weltgeschichte'* *V.* 2, *p.* 298; *W. Sickel in 'Zeitschrift der Savignystiftung für Rechtsgeschichte, Germanist. Abteilung' XXIV, p.* 116 *sq.* 7) *Laon.* 8) *Cf. supra p.* 29, *n.* 3. 9) *Cf. de hac forma loquendi a Biblia Vulgata vel C. Fr. petita Oelsner, 'König Pippin' p.* 453, *et infra a.* 751; 744. 749. 10) *Cf. Ann. q. d. Einhardi.*

accipiens in Nova-Castella[a][1] custodiendum transmisit. Sonihildi[b] vero Calam[2] monasterium dederunt[c].

Anno[d] DCCXLII. Carolomannus[e] et Pippinus itinere[f] *cf. A. r. Fr.* partibus Aquitaniae cum exercitu adversus Hunaldum perrexerunt. Nam eidem Hunaldo Carolus[g] princeps Aquitaniorum ducatum tribuit, quando sibi et filiis suis fidem promisit[3]. Defuncto vero Carolo[g] ab iure fidei promissae superba[4] presumptione deceptus recessit. Ipsi vero Ligerem[h] transeunt germani, Aquitaniam vastant, fugientem *C. Fr. c. 25.* Hunaldum persequentes. Inter[i] aliasque firmitates castrum quod *cf. A. r. Fr.* appellatur[k] Lucas[5] viriliter conquisierunt et misericorditer[6] civibus captis pepercerunt[7]. In ipso autem itinere diviserunt *A. r. Fr.* regnum Francorum in loco qui dicitur Vetus-Pictavis[8]. Eodemque[l] anno Carolomannus[e] Alamanniam[m] vastavit[n].

Anno[o] dominicae incarnationis DCCXLIII. Ogdilo *cf. C. Fr. c. 26.* dux Bawariorum[p], qui Hiltrudem[q] filiam Caroli[g] ad se fugientem *C. Fr. c. 25.* in coniugium sibi copulaverat contra voluntatem Pippini *et *f. 7c.* Carolomanni[r], ipsum[s] etiam ducatum suum, quod[t] largiente olim Carolo[g] principe habuerat, á dominatione *C. Fr. c. 26.* Francorum se[u] subtrahere nitebatur. Qua de causa compulsi[v] sunt gloriosi germani exercitum contra ipsum ducere. Venientes autem super fluvium quod[w] dicitur Lech castrametati[9] sunt in planicie[x][10] super ripam predicti amnis[y]. Baioarii quoque ex alia parte contra eos exercitum adunaverunt conductosque in adiutorium Saxones et Alamannos et Sclavos secum habuerunt. Sedit autem uterque exercitus in eodem loco XV diebus. Erat autem in eo loco ipse fluvius in-

a) Novo Castello *Vedast.; cf. supra p.* 28, *l.* 4. b) Sonohildi *A* 1; *ultima littera* i *in loco raso B* 1. c) *altera manu post add. A* 1: De principatu carlomanni et pip[ini], *ultima abscisa.* d) Anno DCCXLII. *om. A* 1. e) Karlomannus *B* 1. f) in *B* 1. g) Kar. *B* 1. h) ligeram *B* 1; Ligeram *corr.* Ligerim *Vedast.* i) has *superscr. B* 1. k) apellatur *A* 1. l) Eodem quoque *B* 1. m) alamaniam *A* 1. n) *altera manu post add. A* 1: De Ogdilone duce Baioariorum. o) Anno — DCCXLIII. *om. A* 1. p) baioariorum *B* 1. q) hiltridem *A* 1. r) Karlomanni *B* 1. s) se et *B* 1. t) quem *B* 1. u) se *om. h. l. B* 1. v) conpulsi *B* 1. w) qui *B* 1 *ut C. Fr.* x) planiciȩ *B* 1. y) annis *B* 1.

1) *Neuf-Château in Belgica parte ducatus Luxemburgensis esse videtur (de alio Novo-Castello cf. supra p.* 19, *n.* 4*). Ann. q. d. Einhardi:* Carlomannus Grifonem sumens in Novo-castello, quod iuxta Arduennam situm est, custodiri fecit. 2) *Chelles (Seine-et-Marne).* 3) *Cf. supra p.* 28, *l.* 6. 7. 8. 4) *Cf. supra p.* 7, *l.* 16. 5) *Loches (Indre-et-Loire).* 6) *Cf. supra p.* 6, *n.* 2. 7) *Cont. Fredeg.:* cuncta vastantes, Lucca castrum dirigunt atque funditus subvertunt, custodes illius castri capiunt. 8) *Vieux-Poitiers, prope confluentes fluviorum Clain et Vienne.* 9) *Cf. supra p.* 17, *l.* 16. 10) *Cf. supra p.* 22, *l.* 7.

transmeabilis. Nam duxerat* memoratus dux Ogdilo
C. Fr. c. 26. vallum fortissimum[1] inter se et hostes. Provocati tandem Franci irrisionibus[a] gentis illius, indignatione commoti, periculo se dederunt et per loca iniqua** perque palustria nocte irruentes divisis exercitibus inprovisos Bawarios[b] occupaverunt. Commissoque prelio Ogdilo dux, caeso exercitu, vix cum paucis turpiter fugiendo Innum fluvium transit[c] .et sic manus invictorum[2] principum evasit. Teuthbaldus[d, 3] quoque timore[e] perterritus in aliam partem fugam iniit. Ipsi vero victores cum exercitu suo Baioariam[f] circueunt[g] et moram fecerunt in eadem regione quinquaginta duorum dierum[4]. Captus est autem in eodem prelio Sergius presbiter[h, 5], missus domni Zachariae papae[6], qui pridie quam bellum committeretur ab Ogdilone Carolomanno[i] et Pippino directus fuerat falsoque ex auctoritate[k] domni apostolici bellum interdixerat et quasi ex precepto[l] supradicti pontificis Francos á Bawariis[m] discedere persuaserat. Qui[n] patrata victoria in presentiam[o] invictorum principum[2] perductus fuit[p] una cum Gauzebaldo episcopo[7]. Cui Pippinus princeps sedato pectore dixit[8]: 'O domine[q]

*) Nam memoratus Ogdilo dux vallum firmissimum fecerat inter se et hostes *B* 1.
**) per loca per plaustraque[r] ducebantur nocte inruentes *B* 1.

a) inris. *B* 1. b) baioarios *B* 1. c) transiit *B* 1. d) Teobaldus *B* 1. e) terrore *A* 1. f) Baoriam *A* 1. g) circumeunt *B* 1. h) pb'r *A* 1. *B* 1. i) Karlomanno *B* 1. k) actoritate *B* 1. l) cept *in loco raso* *B* 1. m) baioariis *B* 1. n) Patrata itaque *B* 1. o) psentiam *A* 1. p) est *B* 1. q) dñe *A* 1. *B* 1. r) que (qꝫ) *eraso manu correctoris corr.* quę plaustra *B* 1.

1) *Cf. Ann. Alamann., Nazar., Guelferb. a.* 744, *SS. I, p.* 26. 27; *sed etiam infra a.* 755. 773; *Bonnell p.* 162, *n.* 4. 2) *Cf. supra p.* 5, *l.* 2. 3) *Dux Alamannorum, filius Godefridi, cuius tamen antea nulla mentio facta, ita ut hic subito emergat; cf. infra a.* 745. 746; *Ann. Guelferb. a.* 741 *p.* 27: Teudeballus reversus in Alsatia rebellavit *[cum]* Wascones, Baiuvarii et (in *c.*) Saxones; *Ann. Lob.* 742 *(qui hic forsitan Ann. Sithienses adhibuerint), SS. XIII, p.* 227 *(cf. p.* 35*)*: Karlomannus et Pippinus Odilonem ducem Baiuvariorum et Tietbaldum ducem Alemannorum, qui in adiutorium eius venerat, Saxones quoque et Sclavos commisso praelio super fluvium Lech superant; *Chr. Fr. Stälin l. l. p.* 182 *sq.* 4) *Similiter Karolum M. a.* 791. *terram Avarorum per dies* 52 *vastando circuiisse Ann. Lauresham. SS. I, p.* 34 *(cf. Chron. Moissiac. et Anian. ib. p.* 299*) tradunt, unde Bonnell p.* 162. *hoc nostros sumpsisse, nimis audacter, ni fallor, statuit.* 5) *Nescio, an idem, quem Gregorius III. papa paucis annis ante ad Karolum Martellum misit (V. Gregorii III. rec. II. c.* 14, *Lib. pont. ed. Duchesne I, p.* 420*).* 6) 741—752. 7) *Ratisbonensi (alias* Gaubaldo *dicto).* 8) *Nota hexametrum; cf. supra p.* 7, *l.* 2 (sedato animo).

Sergi, modo cognovimus, quia tu non es* sanctus Petrus apostolus nec legationem illius ex veritate geris. Dixisti enim nobis hesterna die, quod domnus apostolicus ex auctoritate[a] sancti Petri et sua nostram iusticiam de Baioariis[b] contradixisset, et nos diximus tibi, quod[c] sanctus Petrus nec domnus apostolicus te istam causam** *non ordinasset dicere. Iccirco scias, si sanctus Petrus *f. 74. cognovisset, quod nostra iusticia non fuisset, hodie in isto bello nobis adiutorium non prestitisset. Nunc vero certus esto, quod[d] per intercessionem beati Petri apostolorum principis[e], per iudicium Dei, quod subire non distulimus[1], Bawariam[f] Bawariosque ad Francorum imperium pertinere'. Haec autem dum apud Bawarios[g] agerentur, Hunaldus dux Aquitaniae Ligerim transiens, cum manu valida[h, 2] ad Carnotis[i, 3] urbem perveniens, ipsa[k] civitate diruta, igne eam[l] cremavit cum ecclesia episcopali, quae in honorem[m] sanctae Dei genitricis Mariae consecrata fuerat. Haec autem fecit per suggestionem Otilonis[n] ducis, qui per internuntios[o] fedus inierunt, ut unusquisque eorum irruentibus[p] Francis ferre alteri[q] alter subsidium debuissent. Eodem anno Carolomannus[r] per- *A. r. Fr.* rexit in Saxoniam et cepit castrum quod dicitur Hocsioburg[s, 4] et Theodericum ducem Saxonum[t] subiugavit[5].

Anno[u] dominicae incarnationis DCCXLIIII.[6] Pip- 745. *cf. C. Fr. c. 28.* pinus et Carolomannus[r] non immemores iniuriarum Hunaldi[7] perfidi[8] ducis et vastationis, quam illis [in[v]] Baioariam[d] dimicantibus perpetravit[9], collecto exercitu Ligerem transeunt et castra in finibus Aquitaniae ponunt. Videns[10] autem Hunaldus, quod eis resistere

*) quia non probaris esse *B* 1.
**) te istam legationem misissent dicere. Idcirco autem scias, quia, si sanctus Petrus *etc.* *B* 1.

a) actoritate *B* 1. b) baiariis *A* 1. c) nec *add.* *B* 1. d) *ita* *A* 1. *B* 1. e) et *add.* *B* 1. f) baioariam baioariosque *B* 1. g) baioarios *B* 1. h) manwalida *A* 1. i) carnutis *post corr.* carnotis *A* 1. k) ipsa ciuitate diruta *post corr.* ipsā ciuitatē dirutā *A* 1. l) n̄ (non) *B* 1. m) honore *B* 1. n) ogdilonis *B* 1. o) inuicem *add.* *B* 1. p) inruent. *B* 1. q) alter alteri *B* 1. r) Karlomannus *B* 1. s) ocsioburg *eadem, ut videtur, manu corr.* hocsioburg *B* 1. t) saxonium *B* 1. u) Anno — DCCXLIIII. *om.* *A* 1. v) *om.* *A* 1.

1) *Cf. supra p.* 8, *l.* 28; *p.* 24, *l.* 13. 14. 2) *Cf. supra p.* 27, *l.* 21. 3) *Chartres.* 4) *Seeburg prope Eisleben.* 5) *Ann. r. Fr.:* Theodericum Saxonem placitando conquisivit. *Ann. q. d. Einhardi:* Theodericum Saxonem, illius loci primarium, in deditionem accepit. 6) *Cf. Mühlbacher nr.* 49*a*. 7) *Cf. supra p.* 23, *l.* 23. 8) *Cf. supra p.* 28, *l.* 9. 10. 9) *Cf. supra a.* 743. 10) *Cf. supra p.* 32, *l.* 25.

cf. C. Fr. c. 28. non valeret[a], omnem voluntatem eorum se facere sacramentis et obsidibus datis spopondit ipsumque cum omnibus quae[b] habebat[1] invictorum[2] principum servitio se mancipavit[3].

744. A. r. Fr. (cf. C. Fr. c. 27). Eodem quoque anno rebellantibus Saxonibus Carolomannus[c] et Pippinus[d, 4] super eos exercitum ducunt et Theodericum perfidum[5] ducem[6] illorum, ceteris subactis, altera[7] iam vice ceperunt captivumque secum in Franciam deduxerunt.

Eodem quoque[e] anno Hunaldus dux germanum suum nomine Atonem[f] per falsa sacramenta decipiens de Pictavis ad se venire iussit, cui statim oculos eruit[8], et sub custodia retrusit. Nec multo post[g] idem Hunaldus corona[h, 9] capitis deposita et monachi voto promisso *f. 8a. in monasterium quod Radis[i] insula[10] *situm est intravit filiumque suum Waifarium in principatu reliquit[k].

744. C. Fr. c. 27. Anno[l] dominicae incarnationis DCCXLV. Hoc anno[m, 11] Carolomannus[c] adunata manu valida Saxoniam ingressus est. Captisque habitatoribus, qui suo regno affines[n] esse videbantur, absque ullius belli[o] discrimine feliciter conquisivit, plurimisque[p] eorum Christo duce baptizatis[q], sacramenta baptismatis consecuti sunt[r].

744. C. Fr. c. 27. Eodem anno Theodbaldo[s, 12] rebellante, filio Godefridi ducis Alamannorum, Pippinus cum virtute exercitus sui et Dei

a) ualerent, n *expuncto corr.* ualeret *B* 1. b) q̊ *A* 1. c) Karlomannus *B* 1. d) pipinus *h. l. B* 1. e) Eodemque *B* 1. f) Attonem *Vedast.*; hattonem *B* 1 *(cf. Acta ss. Bertharii et Ataleni)*. g) Sed non post multos dies Hunaldus *B* 1; et nec multo post temporis *Vedast.* h) *ita A* 1. *B* 1; coma *Vedast.* i) *ita (omisso* in*) A* 1. *B* 1. — insola *B* 1. k) reliquid *B* 1. l) Anno — DCCXLV. *om. A* 1. m) Hoc anno *eras. B* 1. n) adfines *B* 1. o) *sic B* 1; regni *A* 1; *cf. Vedast., C. Fr. l. l. et infra a.* 746. p) plurim:ique, *littera erasa A* 1; et plurimos (*recenti manu corr.* plurimis) *B* 1; *cf. Lob. et C. Fr.* q) baptizati:, *littera erasa A* 1. r) *ita A* 1. *B* 1; consecuntur *Vedast.*; consecrati fuerunt *C. Fr.* s) teobaldo *B* 1.

1) *Cf. supra p.* 2, *l.* 9. 10. 2) *Cf. supra p.* 5, *l.* 2. 3) *Cf. supra p.* 2, *l.* 10. 11; *infra a.* 746. 4) *Immo Karlomannus solus; at error iam in Ann. r. Fr.*; *Mühlbacher nr.* 48 *b*. 5) *Cf. supra p.* 28, *l.* 9. 10. 6) *Cf. supra p.* 35, *n.* 5. 7) *Cf. Bonnell p.* 159, *n.* 8, *sed etiam Wattenbach, 'N. Archiv' XVI, p.* 607. 8) *Cf. Acta ss. Bertharii et Ataleni c.* 2, *AA. SS. Boll. Iul. II, p.* 318, *quae ex annalibus nostris sive retractatis hausisse videntur:* Idcirco germanum suum Hattonem ad se callide convocans, oculos ei evulsit; *Hahn, 'Jahrbücher' p.* 63 *sq.* 167 *sq.*; *L. de Ranke l. l. p.* 299. 9) *Fons habuerit:* coma; *cf. supra p.* 5, *l.* 12. 13: ibique capitis coma deposita monasticae vitae habitum cum voto suscepit; *infra p.* 38, *l.* 2 *sqq.*: capitisque coma deposita habitum clericalem . . . assumpsit. 10) *Ile de Ré (Charente inférieure).* 11) *Quae iam ad a.* 744. *secundum Ann. r. Fr. retulerunt, hic ex Cont. Fredeg. nostri perperam iterant; cf. supra n.* 4. 12) *Cf. supra p.* 34, *n.* 3.

auxilio in Alamanniam ingressus viriliter ipsum in fugam convertit et ad obsidionem[a] Alpium fugientem expulit[1], *C. Fr. c. 27.* revocatoque sibi* eiusdem loci ducatu[b], ad propria remeavit.

Anno[c] dominicae incarnationis DCCXLVI. Hoc *cf. C. Fr. c. 29.* anno[d] Carolomannus[e], cum vidisset Alamannorum infidelitatem, cum exercitu fines eorum irrupit et placitum instituit in loco qui dicitur Condistat[2]. Ibique coniunctus est exercitus Francorum et Alamannorum. Fuitque ibi magnum miraculum[3], quod unus exercitus alium conprehendit[f] atque ligavit absque ullo discrimine belli. Ipsos vero, qui principes fuerunt cum Theutbaldo[g] in solacio Otilonis[h] contra invictos[4] principes Pippinum et Carolomannum[i, 5], comprehendit et misericorditer[6] secundum singulorum merita disciplinavit[k, 7].

Eodem quoque anno Carolomannus[e] princeps germano *A. r. Fr. 745.* suo Pippino confessus est, quod voluisset[l] seculum derelinquere et Dei omnipotentis sé servitio mancipare[8]. Inde utrique se germani preparaverunt, unus videlicet, id est Carolomannus[e], ut pergeret ad limina apostolorum Petri et Pauli, Pippinus[m] vero *C. Fr. c. 30.* decertabat[n], ut ipsum cum summo honore et muneribus magnis destinaret.

Anno[o] dominicae incarnationis DCCXLVII. Hoc anno[d] Carolomannus[e] princeps suum regnum derelinquens ad *cf. C. Fr. c. 30.*

*) revocatoque illi[p] eiusdem loci ducatum dedit et ad propria remeavit *B* 1.

a) obsionem *A* 1. b) *cf. etiam Lob.:* et tota Alemannia ducatu Pippini revocatur. c) Anno — DCCXLVI. *om.* *A* 1. d) Hoc anno *eras.* *B* 1. e) Karlomannus *B* 1. f) compreh. *B* 1. g) teobaldo *B* 1. h) odilonis *B* 1. i) Karlomannum *B* 1. k) correxit *B* 1. l) uellet *B* 1. m) pipinus *h. l.* *B* 1. n) laborabat *B* 1. o) Anno — DCCXLVII. *om.* *A* 1. p) *recenti manu mutatum in* illo *B* 1.

1) *Cont. Fredeg.:* ab obsidione Alpium turpiter expulit fugientem. *Alpes Suevicas ('Schwäbische Alb') intellegendas fore vidit F. L. Baumann; cf. 'Anzeiger für Schweizerische Geschichte' N. F. III* (1878—1881), *p.* 374 *sq.* 2) *Canstatt prope Stuttgardiam, ubi mallum publicum fuisse Chr. Fr. Stälin l. l. p.* 183. *annotat.* 3) *Cf. infra a.* 772. 776. 4) *Cf. supra p.* 5, *l.* 2. 5) *Cf. supra p.* 34, *l.* 8. 6) *Cf. supra p.* 6, *l.* 5. 7) *Cont. Fredeg.:* ipse cum magno furore cum exercitu in eorum patria peraccessit et plurimos eorum, qui contra ipso rebelles existebant, gladio trucidavit; *cf. etiam Ann. Petav., SS. I, p.* 11; *Süh., SS. XIII,* 35. *Quae in nostris, etsi hic quoque accuratiorem rerum notitiam prodant, pro amore Karolorum consulto commutata videntur; cf. Stälin l. l. p.* 183, *n.* 5; *Bonnell p.* 168. *Etiam L. de Ranke l. l. p.* 300. *haec certe cautius dici non negat.* 8) *Cf. supra p.* 16, *l.* 15. 16; *p.* 36, *l.* 3. 4; *Ann. q. d. Einh.* 745: saecularem conversationem se velle dimittere et habitu monachico Deo servire.

limina beati Petri apostoli cum plurimis suis optimatibus[a, 1] *cf. Ar. Fr. 746.* et donis[2] innumerabilibus[3] pervenit, capitisque coma deposita[4] habitum clericalem[a*] ordinante beato Zacharia *f. 8b. papa assumpsit[b], aliquantoque[c] *tempore ibidem mansit. Consilio vero accepto eiusdem pontificis ad Cassinum[d] montem et cenobium sancti Benedicti[5] perrexit, ibique obedientiam regulariter[e] Optato[6] abbati promittens monachicae vitae professionem spopondit[f, *].

*) *B* 1 *f.* 94. *add. ex Reginonis Chronico:* et in Soracte[g] monte monasterium ędificavit in honore sancti Silvestri. Ibique[h] aliquod tempus moram faciens exinde ad Sanctum Benedictum *f. 94'. in Cassinum *usque pervenit et ibi monachus effectus est[7]. Fertur autem de hoc sancto viro exemplum memorabile. Cum adhuc Rome positus in monasterio, quod sibi edificaverat, ab omnibus propter regiam nobilitatem et, quod maius est, propter contemptum regni terreni et gloriam[i] presentis seculi veneraretur et laudibus extolleretur, timens vir Deo plenus favorem laudis humane, qui tanta pro Christo reliquerat, fugam magis arripere disposuit quam vane glorie subiacere. Et hoc tantummodo uno[k] fido socio confessus, quem ab infancia in omnibus fidelem probaverat, cum eo noctu[l] omnibus insciis aufugit et ad Cassinum montem usque pervenit, nichil secum portans ex omnibus bonis[m], que corpori erant necessaria, nudus Christum secutus, et iuxta morem portam monasterii pulsans colloquium patris monasterii expeciit. In cuius presencia[n] cum venisset, mox in terram corruit, se homicidam esse, reum omnium criminum protestans, misericordiam exposcit, penitencie[o] locum ex-

a) obtim. *B* 1. a*) clericale *B* 1. b) adsumpsit *B* 1. c) aliquantoque *B* 1. *Anian.*; aliquanto *A* 1. d) Casinum *Anian.* e) regularem *Anian.* f) spospondit *A* 1; monachicam professionem spop. *Anian.* g) oracte *in loco raso B* 1; Sarepte *Regino*. h) per *manu correctoris alio atramento superscr. B* 1. i) *ita etiam Regino. Expectares:* gloriae *(cf. infra p.* 40, *l.* 18. 19: qui pro Christi amore regnum et gloriam mundi dereliquit). k) *ita B* 1. *Regino;* uni *Ch. P.* l) noctu *manus moderna in* nocte *mutare voluisse videtur B* 1. m) bon *in loco raso, in quo iam* q̊ co *scriptum erat, B* 1. n) *ita B* 1. *Reg.* o) penitencie *manu correctoris mutat. in* penitencię *B* 1.

1) *Similiter Vita Zachariae c.* 21, *Lib. pont. ed. Duchesne I, p.* 433: cum aliquantis suis . . fidelibus; *cf. Pückert l. l. p.* 113, *n.* 10, *cui tamen Librum pontificalem inter fontes nostrorum numeranti non assentiri possum.* 2) *V. Zachariae (rec. II.) l. l.:* Et inter alia multa dona obtulit beato Petro apostolo, ante confessionem, arcum argenteum maiorem, pens. lib. 70; *cf. supra n.* 1. 3) *Cf. supra p.* 10, *l.* 14. 4) *Cf. supra p.* 36, *l.* 14. 5) *Omittunt nostri Carlomannum monasterium in monte Soracte in honorem s. Silvestri aedificasse ibique aliquamdiu commoratum esse.* 6) *Nondum Optatus, sed Petronax abbas fuisse videtur*; *cf. Pückert l. l.*; *Leonis Chron. monast. Casinensis, SS. VII, p.* 585 *sq.*; *Epp. III, p.* 393, *n.* 1; *Oelsner, 'König Pippin' p.* 57, *n.* 9. 162. 7) *Reginonis verbis parum commode annexis scriptor iterat partem eorum quae modo ex Annalibus Mettensibus prioribus retulit.*

Eodem anno Pippinus omnium Francorum generaliter princeps misericordia[1] motus fratrem suum Gri-

---

quirit. Pater, cum hominem peregrinum esse cognovisset, interrogat, cuius patrie[a] aut gentis esset. At ille confessus se Francum esse et ex Francia pro tali scelere migrasse, exilium libenter ferre paratum, tantum patriam celestem non amitteret. Spiritalis pater eius precibus annuens precepit eum in cella novitiorum recipi una cum suo collega ibique probari, secundum quod regula iubet, et tanto arcius, quanto barbare et innote[b] gentis homo erat, implens illud apostolicum: *Probate spiritus, si ex Deo sunt.* (*1. Ioh. 4, 1.*) Itaque probatus in omni paciencia sociatus est congregationi una cum collega post emensum anni circulum, professus stabilitatem, conversationem[c] morum, obedientiam secundum regulam sancti Benedicti. Cepit autem inreprehensibiliter inter fratres conversari, omnibus virtutibus pollens. Accidit autem, ut, iuxta quod mos est, ad quoquine officium ebdomadarius deputaretur. Quod cum libenter quidem faceret, sed in multis ignoranter offenderet, cocus vino exestuans ei alapam dedit dicens: 'Ita te fratribus deservire oportet?[d]' Cui ille nil motus placido vultu respondit: 'Indulgeat tibi Dominus, frater, et Karlomannus'. Neque enim cuiquam nomen suum prodiderat, ne ex vocabulo agnosceretur. Rursus cum in quibusdam cibariis administrandis errasset, iterum a coco percussus est. Cui eadem que supra inprecatus est. Et cum tercio a coco crudeliter cederetur, indignatus ille comes individuus sue peregrinationis, quod tantus vir a tam vili persona tam contumeliose afficeretur, iam ferre non valens arripuit pilum, unde panis in olera fratrum mittendus conterebatur, et eum omni annisu percussit dicens: 'Nec tibi Deus parcat, serve nequam, nec Karlomannus indulgeat'. Fratres hoc audito felle[e] commoti sunt, quod homo alienigena et pro misericordia receptus talia facere presumpsisset. Protinus itaque custodie mancipatur, ut die sequenti talis presumptio acrius vindicaretur. In crastinum vero productus de custodia in medio conventu sistitur. Percunctatus autem vir[f], cur manus extendere in fratrum ministris[g] ausus fuisset, respondit: 'Quia', inquid[h], 'vidi servum nequiorem omnibus virum meliorem et nobiliorem omnium, quos in terra conversari scio, non solum verbis dehonestari, sed etiam plagis affici'. Furore vero nimio exagitati, quod eum, qui peregrinus venerat, ceteris pretulisset, interrogant, quis esset ille, qui bonitate et nobilitate omnes anteiret, cur saltem patrem monasterii non excepisset. Ille vero ne-

a) patrie *manu correctoris mutat. in* patrię *B* 1. b) *ita B* 1; ignotae *Reg. Ch. P.* c) *ita pro* conversionem *B* 1. *Ch., ut etiam codex Reginonis B* 3 *habet;* conversionem *legendum esse annotavit P.* d) *signum interrogationis desideratur B* 1. e) *ita B* 1. *Reg.;* valde *perperam Ch. P.* f) autem uir *omiserunt Ch. P.* g) *ita pro* ministrum *B* 1, *ut etiam codex Reginonis B* 3 *habet;* ministrum *Ch. P.* h) *ita B* 1.

1) *Cf. supra p.* 6, *l.* 5; *infra a.* 787 (misericordia motus).

ponem[a] de custodia, in qua eum germanus suus Carolomannus[b] dimiserat[c], liberavit[1] et ipsum fraterna dilec-
cf. A. r. Fr. 748. tione honoratum in palacio suo habuit[2], deditque illi comitatus et fiscos plurimos.

Anno[d] dominicae incarnationis DCCXLVIII. Hoc anno[e] Pippinus[f] [princeps[g]] placitum[h] suum habuit in villa quae dicitur Duria[3]. In qua sinodum congregare[i] iussit pro ęcclesiarum restauratione[k] et causis pauperum viduarumque et orphanorum[k*] corrigendis iusticiisque
cf. A. r. Fr. 747. faciendis[4]. Grippo[l] vero, quem de custodia fraterno affectu Pippinus[f] solverat[5], tirannico[m] fastu multos sibi nobilium sociavit et fuga lapsus, Rethnum[n] transiens, in Saxoniam venit. Quem[o] plurimi iuvenes ex nobili genere Francorum inconstantia ducti, proprium dominum[p] relinquentes, Gripponem[q] subsecuti sunt. Pippinus vero

---

cessitate conpulsus celare non valens, quod Deus iam[r] manifestare[s] volebat, ait: 'Iste est Karlomannus quondam rex Francorum, qui pro Christi amore regnum et gloriam mundi dereliquit, qui de tanta excellentia ita se humiliavit, ut modo a vilissimis personis non solum contumeliis afficiatur, verum etiam verberibus affligatur'. Quo audito tremefacti a sedibus surgunt, pedibus eius se prosternunt, veniam postulant de contemptu, ignorantiam profitentur[t]. Ille econtra in terram provolutus cum lacrimis negare cepit se non esse Karlomannum[u], sed hominem peccatorem et ho-
*f. 95. micidam; collegam suum timore perterritum propter *commissum piaculum hęc excogitasse. Quid plura? Cognitus ab omnibus cum magna reverencia est observatus.

a) griphonem *B* 1. b) Karlomannus *B* 1. c) *ita A* 1. *Vedast.;* recluserat *B* 1. d) Anno — DCCXLVIII. *om. A* 1. e) Hoc anno *eras. B* 1. f) pipinus *h. l. B* 1. g) *om. A* 1. h) pncitum *multo post corr.* placitum *A* 1. i) congregare *post corr.* congregari *A* 1. k) *sic B* 1. *Lob.;* restitutione *A* 1. k*) orfanorum *B* 1. l) Gripo *h. l. B* 1. m) tyrann. *B* 1. n) renum *B* 1. o) *ita A* 1. *B* 1. *Num legendum* Quamplurimi? p) dominium *A* 1. q) griponem *B* 1. r) iam *a scriba eodem atramento superscr. B* 1. s) *sic et codex B* 3 *Reginonis.* t) veniam postulant, de contemptu ignorantiam profitentur *perperam interpunct. in B* 1. u) haec non esse vera, non se esse Karlomannum *(ut Reg.) Ch. P.*

1) *Cf. supra p.* 33, *l.* 1; *infra a.* 748; *Ann. q. d. Einhardi* 741, *p.* 3: in qua custodia usque ad tempus, quo idem Carlomannus Romam profectus est, dicitur permansisse. 2) *Ib. a.* 747, *p.* 7: quamquam sub illo honorifice viveret. 3) *Düren inter urbes Aachen et Köln, ubi posteris annis* (761. 775. 779) *pluries conventus Francorum congregabatur, hoc anno placitum cum synodo habitum esse soli nostri referunt, ita ut res in medio relinquenda videatur; cf. Bonnell p.* 162, *n.* 2. 4) *Cf. supra p.* 14, *l.* 1. 2: sinodum adunare precepit, in qua de utilitatibus ęcclesiarum, orfanorum ac viduarum consideratis; *p.* 14, *l.* 10 *sqq.*: verboque pro pace et defensione ecclesiarum Dei et pupillorum et viduarum facto; *Bonnell p.* 162, *n.* 3. 170, *n.* 7. *Sunt qualia sermonem capitularium referunt.* 5) *Cf. supra a.* 747, *p.* 40, *l.* 2.

adunato exercitu per Toringiam[a] ad Saxoniam venit et in[b] *C. Fr. c. 31. cf. A. r. Fr. 747.* fines Saxonum quos Nordosquavos[1] vocant cum valida manu[2] intravit. Ibi[c] duces gentis asperae Sclavorum[d] in occursum eius venerunt[3], unianimiter[e] auxilium sibi[f] contra Saxones ferre parati, pugnatores quasi C[g] milia[4]. Saxones vero qui Nordosuavi[h, 1] vocantur sub suam ditionem subactos contritosque subegit, ex quibus plurimi per manus sacerdotum baptizati ad fidem Christianam conversi sunt. In eodem[i] itinere cepit *cf. A. r. Fr. 743.* castrum quod vocatur Hocseburgh[k] et perfidum Theodericum Saxonem tertia iam vice á Francis captum conprehendit[5]. Inde proficiscens pervenit ad fluvium quod[l] dicitur *cf. A. r. Fr. 747.* Obacra[6] et castrametatus[7] est iuxta ripam eiusdem fluminis. Saxones vero cum Grippone[m] ex alia ripa erant, ubi maximam inter se et Francos firmitatem statuerunt. Sed dum eos eadem firmitas minime defendere posse arbitrati sunt*, per noctem fuga lapsi castra deseruerunt[8]. Pippinus[n] verǫ cum exercitu suo totam[o] *pene Saxoniam per dies quadraginta[p, 9] vastavit *f. 8c.* et castella eorum destruxit, indeque victor remeavit ad propria.

Anno[q] dominicae incarnationis DCCXLVIIII. Hoc *cf. A. r. Fr. 748.* anno[r] Gripo[s] videns[10], quod Saxonum armis minime defendi potuisset[t], in Bawariam[u] confugit. Quorum dux eo tempore, avunculus[11] eius[v], Odilo defunctus erat, cui Tassilo

*) Sed dum viderent, quod eos eadem firmitas minime defendere posset, per *B* 1.

a) turingiam in sax. *B* 1. b) veniens fines *B* 1. c) Ibique *B* 1. d) scalauorum *A* 1. e) unanimiter *B* 1. f) illi *B* 1. g) centum *B* 1. h) *sic h. l. A* 1. *B* 1. i) vero *add. B* 1. k) *ita* (hoc seburgh) *etiam Vedast.*; hocseburg *B* 1. l) *sic A* 1. *B* 1. m) griphone *h. l. B* 1. n) Pipinus *B* 1. o) tā, *a correctore corr. in* totā *B* 1. p) XL *B* 1. q) Anno — DCCXLVIIII. *om. A* 1. r) Hoc anno *eras. B* 1. s) Grippo *h. l. B* 1. t) posset *B* 1. u) baioariam *B* 1. v) avunc. eius *om. B* 1.

1) *I. e. Suevi in pago Suevon ('Nordschwabengau'), inter Salam et Badam, habitantes.* 2) *Cf. supra p.* 27, *l.* 21. 3) *Cont. Fredeg. c.* 31: cui etiam reges Winidorum seu Frigionum ad auxiliandum uno animo convenerunt; *cf. Hahn, 'Jahrbücher' p.* 93. 218. 4) *Si credis.* 5) *Haec inepte iterata; cf. supra p.* 35, *l.* 21 *sqq. p.* 36, *l.* 5 *sqq.; Bonnell p.* 161. 6) *Ocker.* 7) *Cf. supra p.* 17, *l.* 16. 17. 8) *Ann. q. d. Einhardi* 747: Proelium tamen non est inter eos commissum, sed ex placito discesserunt. 9) *Ista, etsi infra a.* 805 (Vastata autem et incensa per 40 dies eadem regione) *similia leguntur, a Bonnell p.* 162. *nimis confidenter reprobata videntur.* 10) *Cf. supra p.* 32, *l.* 25. 26. 11) *Ann. q. d. Einhardi a.* 741. *Grifonis matrem Swanahildem neptem Odilonis ducis Baioariorum appellant; cf. supra p.* 26, *l.* 8. 9; *'N. Archiv' XXIV, p.* 402.

748. filius eius successerat. Quem de principatu Gripo[a]
A. r. Fr. 748. abegit et sibi ipsi[b] Bawarios subiugavit; cui etiam in solatium Lanfridus[1] venit. Haec audiens Pippinus cum exercitu illuc pervenit, victisque Bavariis[c] Griponem secum et Lanfridum inde adducens[d], Tassilonem[e, 2] in ducatu Bavariorum[f] collocavit. Solita autem pietate[3] Griponi fratri suo et omnibus his qui cum eo confugium[g] fecerunt[4] misericorditer[5] non solum pepercit, sed etiam beneficiis ditavit. Nam Griponi[h] Cinomannicam urbem[6] cum XII comitatibus dedit. Quibus ille solito more despectis, Wasconiam petiit et ad Wagfarium[i] ducem perfidum[7] Aquitaniorum pervenit.

cf. A. r. Fr. 749. 750. Anno[k] dominicae incarnationis DCCL[k*]. Hoc anno[l]
751. (Nov.) ex consulto[m] Zachariae papae urbis Romae Pippinus princeps á Bonefacio[n] archiepiscopo[8] unctus rex Francorum constituitur[o, 9]. Unde rumor potentiae eius et timor virtutis transiit in universas terras[p, 10]. Direxit autem legatos suos ad Waifarium, ut sibi fratrem suum ad se[q] fugientem[11] redderet. Quod ille pravo inito consilio[r] facere contempsit.

a) grippo *h. l.* *B* 1. b) ipse baioarios *B* 1. c) baioariis gripponem *B* 1. d) *ita* *A* 1. *B* 1; adduxit *Lob., quod Waitz minus recte in* abduxit *corrigere voluit; cf. etiam A. r. Fr.* e) tassilionem *A* 1. f) baioariorum *B* 1. g) conf *in loco raso A* 1. h) gripponi *B* 1. i) uuaifarium *B* 1. k) Anno — DCCL. *om. A* 1, *sed cf. etiam Font.* k*) DCCXL, X *eras. B* 1. l) Hoc anno *eras. B* 1. m) consultu beati *B* 1. *Font.* n) Bonifacio *Font.* o) rex constituitur Francorum *Font., ubi voce* princeps *antea omissa, add.:* ablato principis nomine. *Haec quandam similitudinem verborum* ablato patricii nomine, *quae in Annalibus regni Francorum et nostris quoque a.* 801. *leguntur, referre Kurze, 'N. Archiv' XXVIII, p.* 22, *monuit; attamen non concesserim ea ex fonte ipso fluxisse.* p) in univ. transiit terras *Font.* q) ad se *om. B* 1. r) cons. inito *B* 1.

1) *Lantfridus II. dux Alamannorum. Ita etiam Annalium r. Fr. editio princeps et fragmentum Florentinum, cum ceteri libri Swidgerum (comitem, ut videtur, pagi Nordgau) appellent; cf. editionem Kurzii p.* 6; *H. Wibel, 'Beiträge zur Kritik der Annales regni Francorum' p.* 21. *Dubito tamen, num in Ann. r. Fr. vere* Lantfridus *legendum sit, praesertim cum etiam Ann. q. d. Einhardi* Swithgerum *Grifoni auxilio venisse referant. Immo Lantfridi nomen in eius locum substitutum putarim, quia postea legitur Pippinum Grifonem et Lantfridum secum duxisse; cf. etiam Wibel l. l. p.* 20. 28, *n.* 2. 2) *Tassilo III.* (749—788). 3) *Cf. supra p.* 6, *l.* 9. 10. 4) *Cf. supra p.* 12, *l.* 7. 5) *Cf. supra p.* 6, *l.* 5; 33, *l.* 11. 12. 6) *Hoc Bonnellum p.* 163. *nullo iure in dubium revocasse, immo reiecisse, iam Oelsner, 'König Pippin' p.* 78, *n.* 2, *iudicavit. Res Cenomannicas aeque ac Brittannicas nostri singulari studio prosequuntur; cf. infra a.* 790; *Bonnell p.* 163 *sqq.; Pückert l. l. p.* 137, *n.* 21. *p.* 144; *'N. Archiv' XXIV, p.* 419. *XXV, p.* 180. 7) *Cf. supra p.* 28, *l.* 9. 10. 8) *Moguntino.* 9) *De Childerico III. ultimo e Merovingica stirpe rege in monasterium truso nostros nullam mentionem facere non mirum.* 10) *Cf. Matth.* 9, 26. *Marc.* 1, 28. *O. H.-E.* 11) *Cf. supra a.* 749.

Anno[a] dominicae incarnationis DCCLI. Hoc anno[b] 753.
Gripo cernens[1], quod in Aquitaniam[c] á facie[2] fratris C. Fr. c. 35.
sui[d] Pippini minime latitare potuisset[e], Langobardiae[f] dum ad Heistulfum[g] regem confugium facere[3] voluisset, occurrit ei Theodewinus[h. 4], vir illustris[i. 5], cum aliis comitibus[k. 6], qui Alpium transitus tuebantur, in valle qua Morienna[7] urbs sita est. Dum ipse Gripo eos vi preterire nanctus est*, pugnam inierunt. In qua ex utraque parte multi nobiles Franci[8] corruerunt; inter quos etiam Gripo et Theodewinus[h] vitam finierunt. Exinde omnis terra Francorum sub Pippini[l] dominatione in summa pace quievit[9].

Anno[m] dominicae incarnationis DCCLII. Hoc anno[n] Pippinus rex exercitum duxit in Gotiam, Narbonam[o]
civitatem, in qua adhuc *Sarraceni latitabant[p], obsedit[10]. *f. 8d.
Temptatis itaque plurimis argumentis illam[q] munitissimam[r. 11] civitatem capere non potuit. Custodia tamen ibi[s] derelicta[12], cotidianis[t] irruptionibus illos cives
afflixit et per triennium[u] bellum Narbonam obtinuit, 757—759.
expulsisque de tota Gotia homines illos[v], Christianos de servitio Sarracenorum liberavit[13]. Solinoan[w. 14] quoque dux Sarracenorum, qui Barchilonam[x] Gerundamque[15]

*) Sed dum ipse Gripo eos vi preterire vellet *B* 1.

a) Anno — DCCLI. *om.* *A* 1. b) Hoc anno *eras.* *B* 1. c) *ita pro* Aquitania *A* 1. *B* 1. d) su *B* 1. e) latere posset *B* 1. f) dum partibus Langobardie peteret *C. Fr.;* Langob. *om.* *B* 1. g) hiestulfum *A* 1; haistulfum *B* 1. h) theodouuinus *B* 1. i) inlustris *B* 1. k) comitatibus *A* 1; *cf. supra p.* 29, *l.* 5. l) pipini *B* 1. m) Anno — DCCLII. *om.* *A* 1. n) Hoc anno *om.* *B* 1. o) *sic Lob. Vedast.;* narbonem *h. l.* *A* 1; narbonamque *B* 1. p) latitabat *A* 1. q) *om.* *B* 1. r) mutissimam *corr.* munitissimam *B* 1. s) sibi *A* 1. t) cottid. *B* 1. u) *ita* *A* 1. *B* 1. v) hominibus illis *B* 1; *cf. Vedast.* w) *sic* *B* 1; Solmoan *(ut videtur)* *A* 1; Solimam . . ducem Barcinonae et Gerundiae *Lob.* x) barcinonam *B* 1.

1) *Cf. supra p.* 32, *l.* 25. 26. 2) *Nescio, an hic sermonem Bibliae Vulgatae imitentur; cf. e. g. Deut.* 2, 21; *infra a.* 787: a facie exercitus sui. 3) *Cf. supra p.* 12, *l.* 7. 4) *Comes Viennensis.* 5) *Cf. infra a.* 785. 786; *'N. Archiv' XXIV, p.* 404, *n.* 2. 6) *Cf. infra n.* 8. 7) *Saint-Jean-de-Maurienne ad fl. l'Arche. Cont. Fredeg.*: Maurienna urbem super fluvium Arboris; *Chron. Laur. min. ('Kleine Lorscher Franken-Chronik') rec. G. Waitz p.* 411 [13]: in valle Maurienna. 8) *Certe etiam Fredericum comitem Aventicensem occidisse novimus ex Cont. Fredeg.* 9) *Haec sermonem Vulgatae (Ios.* 11, 23. *Iudic.* 3, 30*) imitari videntur.* 10) *Pippinus non ipse obsidioni interfuit; cf. Dorr l. l. p.* 10, *n.* 33; *Oelsner, 'König Pippin' p.* 340. 11) *Cf. supra p.* 28, *l.* 19. 12) *Cf. supra p.* 29, *l.* 17. 30, *l.* 3; *Cont. Fredeg. c.* 44; *Ann. Guelferbyt. et Nazar. a.* 756, *SS. I, p.* 29; *Chron. Anian.* 752. 759, *SS. I, p.* 294; *Dorr l. l. p.* 42. 43. 46. 10. 58. 59; *Oelsner l. l.* 13) *Cf. infra p.* 45, *l.* 7. 14) *Soliman sive Suleiman.* 15) *Gerona.*

civitatem regebat, Pippini se cum omnibus quae habebat dominationi subdidit[1].

A. r. Fr. Anno[a] dominicae incarnationis DCCLIII. Hoc 753. anno[b] Pippinus rex exercitum duxit in Saxoniam firmitatesque eorum destruxit[2] et plurimos ex eis inito certamine superavit. 753. Hildegarius tamen episcopus[c. 3] occisus est á Saxonibus in castro quod dicitur Iubergh[d. 4]. Saxones vero, dum aliter facere non poterant[e], sacramenta et obsides Pippino regi dederunt eo[f] modo, ut quicumque de sacerdotibus in Saxoniam ire[g] voluisset ad predicandum nomen Domini 758. et ad baptizandum eos licentiam habuisset[5]. Et polliciti sunt se dare annis singulis regi in censu equos trecentos[h. 6]. Inde revertens rex Pippinus[i] audivit, quod Gripo[k] frater eius, qui in Wasconiam fugerat, occisus fuisset[7], exercitumque in Brittanniam duxit et Venedis[8] castrum conquisivit[9] totamque Brittanniam[l] subiugavit partibus Francorum[10].

C. Fr. c. 36. Eodem anno Stephanus[11] papa, qui beatae memoriae Zachariae presuli successerat, molestiam Langobardorum et superbiam Heistulfi[m] regis[12] non sufferens ad Pippini regis defensionem querendam veniebat[n]. Quod cum nuntiatum Pippino fuisset[o], magno repletus est[13] gaudio, filiumque suum primogenitum Carolum[p] obviam ei ire[q] precepit ipsumque cum honore[14] ad presentiam eius in villa quae 754. *(Ian. 6).* dicitur Pons-Hugonis[15] adducere iussit[r]. Ibique veniens predictus papa á Pippino rege honorifice[q] susceptus est.

a) Anno — DCCLIII. *om. A* 1. b) Hoc anno *om. B* 1. c) *om. A* 1. d) iuberg (*vel* uiberg) *B* 1. e) possent *B* 1. f) hoc *B* 1. g) irę *A* 1. h) CCCtos *A* 1. i) Inde vero rex Pipp. reuertens *B* 1. k) gripho *B* 1. l) duxit — Brittanniam *om. A* 1. m) haistulfi *B* 1; Haistulphi *Anian.* n) ad defensionem Pippini regis Francorum quaerendam partibus Franciae pergit *Anian.* o) Quod cum nunciatum fuisset regi Pippino *Anian.* p) Karolum *B* 1; Qui post eum regnaturus erat *add. Anian.* q) *ita A* 1. *Anian.; om. B* 1. r) *om. Anian.*

1) *Cf. supra p.* 2, *l.* 10. 11. 2) *Hic ea quae annis* 753. *et* 758. *contra Saxones gesta sunt confunduntur*; *cf. infra; Bonnell p.* 163 *sq.* 3) *Coloniensis.* 4) *Iburg (in districtu Osnabrugensi, circ. Melle).* 5) *Haec valde dubia, quasi ea quae Karolus M. a.* 780. *fecit anticipare videntur*; *cf. Bonnell l. l.*; *Abel-Simson, 'Jahrbücher' I, p.* 347 *sq.* 6) *Hoc quoque nonnisi a.* 758. *factum est*; *cf. infra; Bonnell l. l.*; *Oelsner l. l. p.* 322, *n.* 5. 7) *Cf. supra a.* 751, *p.* 43, *l.* 10. 8) *Vannes.* 9) *Haec nusquam alibi commemorata, etsi Waitz, 'VG.' ed.* 2. *III, p.* 92, *n.* 5, *et Oelsner l. l. p.* 79, *n.* 1. *tuentur, dubiae fidei censenda*; *cf. Bonnell p.* 163 *sq.; Mühlbacher nr.* 73*d.* 10) *Quod certe a vero abhorret*; *cf. infra a.* 786. 799; *Bonnell p.* 164 *sq.; supra p.* 42, *n.* 6. 11) *Stephanus II.* (752—757). 12) *Regis Langobardorum* (744—756). 13) *Cf. supra p.* 2, *l.* 9. 14) *Cf. supra p.* 6, *l.* 11; *infra a.* 781. 802. 803. 804. 15) *Ponthion (Marne).*

Qui multa munera tam regi quam et optimatibus[a] eius largitus C. Fr. c. 36. est[a]. Sequentique[b] die una cum clero suo, aspersus 754. cinere et indutus cilicio, in terram prostratus[1] per misericordiam Dei omnipotentis et merita beatorum apostolorum Petri et Pauli Pippinum[c] regem obsecrat[d], ut se et *populum Romanum de manu Langobardorum et *f. 9a. superbi[2] regis Heistulfi[e] servitio liberaret[s]. Nec antea á terra[f] surgere voluit, quam sibi[g] predictus rex[h] Pippinus cum filiis suis et optimatibus[i] Francorum manum porrigerent[k] et ipsum pro indicio suffragii futuri et liberationis de terra levaret[l]. Tunc rex Pippinus omnem pontificis[m] voluntatem adimplens direxit eum ad monasterium sancti Dionisii martiris eumque ibi cum[n] summo honore et diligentia hiemare precepit. Porro Pippinus[o] rex legationem ad Heistulfum[p] regem Langobardorum mittit, hortans[q] eum, ut propter reverentiam beatorum apostolorum Petri et Pauli Romanas urbes non affligeret superstitiose ac impias presumptiones[r] contra pontificem Romanae urbis non moveret. Sed idem[s] legati super his omnibus quae piissi- C. Fr. c. 37. mus[n. 4] princeps Pippinus mandaverat[t] nichil aliud ab illo superbo[2] tiranno nisi plena superbia responsa et contumacia verba audire meruerunt[5].

Anno[u] dominicae incarnationis DCCLIIII. Stephanus[v] papa, quod iam diu per consilium absens Pippino principibusque Francorum mandaverat, presens explevit[6]. Ordinavitque secundum morem maiorum[w. 7] cf. A. r. Fr. (Iul. 28). unctione sacra Pippinum piissimum[4] principem Francis in regem et patricium Romanorum et filios eius duos[x] felici

a) obtim. *B* 1; Qui — largitus est *om. Anian., sed cf. Cont. Fredeg.* 36. b) sequenti *Anian.; Sequenti* vero *B* 1. c) pipinum *B* 1. d) obsecrans *Anian.* e) haistulfi *B* 1. f) á terra antea *A* 1; antea de terra *Anian.* g) *ita A* 1. *Anian.;* ei *B* 1. h) rex praed. Pipp. *Anian.* i) obtim. *B* 1. k) *ita A* 1. *B* 1. *Anian.* l) *sic A* 1. *B* 1; levarent *Anian.* m) pontifici suo (*ex* pontificis uolunt., *quod verbum tamen recte ibi*) *A* 1. n) *om. Anian.* o) pipinus *B* 1. p) haistulfum *B* 1. q) *ita B* 1. *Anian.;* orans *A* 1; petens ei *Cont. Fredeg. l. l.* r) et superst. has impias praesumtiones *Anian.;* et superstitiosas hac impias vel contra legis ordine causas *Cont. Fredeg. l. l.* s) *sic A* 1. *B* 1; iidem *Anian.* t) mandav. piiss. princ. Pipp. *B* 1. u) Anno — DCCLIIII. *om. A* 1. v) St *e corr. B* 1. w) maiorem *recenti manu corr.* maiorum *B* 1. x) Stephanus autem papa ipsum piiss. princ. Pipp. regem Francorum ac patr. Rom. oleo unctionis perunxit secundum morem maiorum unctione sacra, filiosque eius duos *etc. Anian., ubi haec partim contracta, partim amplificata.*

1) *Cf. Iudith* 9, 1; *Oelsner l. l. p.* 128, *n.* 3. 2) *Cf. supra p.* 7, *l.* 16. 3) *Cf. supra p.* 43, *l.* 21. 4) *Cf. infra a.* 786. 760. 765 (pius Pippinus); *Waitz, 'VG.' ed.* 2. *III, p.* 244, *n.* 4. 5) *Cf. supra p.* 8, *l.* 18. 19. 6) *Haec L. de Ranke, 'Weltgeschichte' V,* 2, *p.* 303 *sq. magni momenti dignaque quae sequamur aestimat; diverse iudicat Pückert l. l. p.* 143, *n.* 29. 7) *Cf. Waitz, 'VG.' ed.* 2. *III, p.* 64, *n.* 2.

754. successione, Carolum[a] et Carolomannum[b], eodem coronavit honore[1].

C. Fr. c. 37. Eodem quoque anno Pippinus rex placitum habuit
Mart. 1. secundum consuetudinem[c] Kal. Martii[d] Brennaco[e, 2] villa publica[3]. Accepto inde consilio obtimatum[f] suorum, partibus Italiae se cum omni apparatu suo profecturum esse indixit, cumque[g] omni illa[h] multitudine per Lugdunum Galliae et Viennam[i, 4] pergentes usque ad Mauriennam pervenerunt.

A. r. Fr. 753. Eodem quoque tempore Carolomannus[b] germanus domni regis Pippini ab abbate suo[5] destinatur, ut pro Langobardis[k] interpellaret et [ut[l]] iter regium ab illis partibus impediret, in Franciam venit. Pippinus vero non poterat ea quae Romano
*f. 9b. presuli promiserat, nisi toto *effectu[m] cum Dei auxilio adimpleret*. Pippinus itaque Alpes transiens, legatos[n] suos ad Heistulfum[o] premittens[p], postulavit, ut sanctam Romanam[h] ęcclesiam, cuius ille defensor per ordinationem divinam[q] fuerat[6], non affligeret, sed omnem[r] ei iusticiam de rebus ablatis faceret. Heistulfus[s] vero in superbiam[t, 7] elatus, convitia etiam in prefatum pontificem per inepta[u] verba imponens**, nichil ei se facere promisit[v] nisi viam sibi prebere, quatinus[w] ad propria remearet. Illi vero missi promittebant[x] non aliter domnum Pippinum á finibus Langobardiae[y] esse profecturum, nisi prius

*) Pippinus vero respondit se non aliud posse facere, nisi ea que Romano presuli promiserat *B* 1.
**) convicia etiam multa in prefatum pontificem evomens *B* 1.

a) Kar. *B* 1. b) Karlomann. *B* 1. c) maiorum *add. Vedast.* d) mar̄ *B* 1. e) Bernaco, *ut Cont. Fredeg. l. l., Vedast.* f) *sic h. l. A* 1. *B* 1. g) et cum *B* 1. h) *om. B* 1. i) uienniam *A* 1. k) longobardis *A* 1. l) ut *(nescio an recte) add. B* 1. m) affectu *Anian.* n) et leg. *B* 1. o) haistulfum *B* 1. p) mittens *Anian.* q) divinam ordin. *B* 1. r) *om. Anian.* s) Haistulfus *B* 1; Haistulphus *Anian.* t) superbia *Anian.* u) ineptia *A* 1. v) promittens *Anian.* w) quatenus *Anian.* x) dicebant *B* 1. y) Longobardię *A* 1.

1) *Ann. Lobienses* 753: et in monasterio Sancti Dyonisii Pippinum et filios eius Karolum et Karlomannum unxit in reges Francorum. *Cf. Notam monachi S. Dionysii de unctione Pippini regis, SS. XV, p.* 1; *infra a.* 773: quoniam illum predecessor suus unctione sacra liniens in regem ac patricium Romanorum ordinarat; *Waitz 'VG.' ed.* 2. *III, p.* 69, *n.* 2. *p.* 85, *n.* 1; *Mühlbacher n.* 76*a.* 2) *Potius Berny-Rivière (Aisne) quam Braisne-sur-Vesle (in eodem districtu situm) intellegendum videtur; praeterea viculus quidam Braisne-sur-Arronde prope Compendium invenitur.* 3) *Cf. supra p.* 14, *l.* 16. 4) *Vienne.* 5) *Optato* (750—760); *cf. supra p.* 38, *n.* 6. 6) *Cf. infra a.* 773: adiungens, quod ipse legitimus tutor et defensor esset ipsius plebis. 7) *Cf. supra p.* 7, *l.* 16.

Heistulfus[a] iustitiam sancto Petro faceret[1]. Heistulfus[a] autem requisivit, quae illa iusticia esset. Cui legati responderunt: 'Ut reddas ei[b] Pentapolim[2], Narnias[c, 3] et Cecanum[4] et omnia unde populus Romanus de tua iniquitate conqueritur[d]. Et hoc tibi mandat Pippinus, quod, si iustitiam sancto Petro reddere vis, dabit tibi XII milia solidorum'. Heistulfus[e], his omnibus spretis[f], legatos absque ullis pacificis verbis absolvit. Pippinus igitur iter ceptum[g] peragens ad sclusas[h] Langobardorum[i] pervenit, illisque dirutis et Heistulfum[k] cum Langobardis[l] in fugam expulsis[m], Papiam civitatem obsedit[n]. In qua Heistulfum[k] includens, ita per Dei adiutorium illum constrinxit et[o] coartavit, ut omnes iusticias sancti Petri se redditurum esse promitteret[p]. His minis Heistulfus[q] perterritus[r] per manus[5] Pentapolim*, Narnias[c] et Cecanum et reliqua debita, quae sancto Petro debuerat[s], missis domni Pippini[t] regis per vadium[u] reddidit et XXX milia solidorum[v] Pippino[w] regi tribuit, spondens[x] se singulis annis in tributum V[y] milia solidorum partibus Francorum se[z] fore[a] redditurum[6]. Haec omnia iureiurando Heistulfus[b] cum suis optimatibus[c] et omnibus nobilibus Langobardorum[d] sé adimpleturum esse spopondit[e] et pro[f] firmitatis[g] causa dedit regi Pippino de nobilibus Langobardorum[d] XL obsides[h]. Pippinus vero, accepta benedictione domni 754.

*) coartavit, ut omnia que sancto Petro abstulerat se redditurum esse promitteret[i]. Pentapolim itaque *B* 1.

a) haistulfus *B* 1. b) ei reddas *Anian.* c) nartuas *B* 1. d) conquiritur *B* 1. e) Haistulfus autem *B* 1. f) speretis (spetis) *A* 1. g) iter ceptum *in loco raso B* 1. h) sculusas *A* 1; clusas *Anian.* i) longabardorum *A* 1. k) haistulfum *B* 1. l) longobardis *A* 1. m) pulsis *B* 1. n) annum unum et menses tres *fabulose add. Anian.* o) constrinxit et *om. B* 1. *Anian.* p) se redditurum repromitteret *Anian.* q) Haistulfus tyrannus *Anian.* r) perteritus *A* 1; territus *Anian.* s) abstulerat *B* 1; *cf. Vedast.* t) pipini *B* 1. u) *om. A* 1. v) XXX solidos *B* 1. w) pipino *h. l. A* 1. x) spospondens *Anian.; cf. infra a.* 760. y) id est quinque *Anian.* z) *sic iterum A* 1. *B* 1. *Anian.* a) *om. B* 1. *Anian.* b) haistulfus *B* 1. *Anian.* c) obtim. *B* 1. d) longobardorum *A* 1. e) spospondit *Anian.* f) *om. Anian. Cf. infra p.* 49, *l.* 25. g) infirmitatis, in *expunct. B* 1. h) obsides || sides, *prius* sides *eras. B* 1. i) eret *alia manu in marg. suppl. B* 1.

1) *Cf. Pückert l. l. p.* 114. 2) *Expectares* Ravennam, Pentapolim *etc.*; *cf. infra p.* 48, *l.* 1. 2. 3) *Narni*; *cf. Oelsner, 'König Pippin' p.* 203. 259; *L. M. Hartmann l. l. II,* 2, *p.* 202. 4) *Ceccano (prope Frosinone), castellum a Roma parvo spatio distans, quod Langobardi a.* 753. *occupaverant; cf. V. Stephani II. c.* 17, *Lib. pont. ed. Duchesne I, p.* 444; *Oelsner l. l. p.* 118. 5) *Cf. Waitz 'VG.' ed.* 2. *IV, p.* 245, *n.* 3. 6) *Oelsner l. l. p.* 202, *n.* 6. *p.* 268, *cui L. M. Hartmann l. l p.* 204. *assentitur, haec ad a.* 756. *referre mavult.*

754. apostolici, in pace eum abire permisit, tradens ei Ravennam, Pentapolim, Narnias[a, 1] et Cecanum et quic-
*f. 9c. cf. C. Fr. c. 37. quid in illis partibus continebatur[b]. *His omnibus peractis[2] Pippinus victor ad propria remeavit. Quo revertente
cf. C. Fr. c. 38. in Franciam[c], Heistulfus[d] perfidus[3] rex omnia quaecumque sibi[e] promiserat contumaciter postposuit[4] et Stephanum papam cum armis a[f] suis finibus[g] expulit.

A. r. Fr. 755. Eodem anno beatae memoriae Carolomannus[h] monachus Vienna[i] civitate, in qua cum Bertradane[k] regina infirmus reman-
(Aug. 17). serat, post multos in infirmitate dies migravit ad Do-
A. r. Fr. 754. minum; et Bonefacius archiepiscopus[l] in Frisia verbum Dei
(Iun. 5). nuntians martirio[m] coronatur.

755. Anno[n] dominicae incarnationis DCCLV. Hoc anno[o]
C. Fr. c. 38. Heistulfus[d] rex Langobardorum[p] fidem, quam Pippino regi[q] promiserat, fefellit et[r] cum exercitu Romanos fines invadens, etiam
756. Urbem ipsam obsedit. Haec audiens Pippinus rex[s] exercitum congregat[t], per[u] Burgundiam iter faciens usque ad Mauriennam urbem pervenit. Haec cum audisset Heistulfus[v], Langobardos[w] clusas[x] firmare atque Francis iussit resistere[y]. Pippinus interea transiectis[z] Alpibus cum robore exercitus sui ipsum vallum vel firmitatem, quam Langobardi[a] firmaverant[b, 5], destruxit exercitumque eorum in fugam convertit. Indeque[c] ad Ticinam[d] urbem pervenit, totam illam regionem devastans, illam[e] munitissimam[6] civitatem obsedit. Haec[f] Heistulfus cernens, nullam[g] spem evadendi habens, per supplicationem sacerdotum veniam á[h] precellentissimo[7] rege Pippino[i] postulavit et ea quae contra ius vel sacramenta perpetraverat secundum iudicium optimatum[k] Francorum sé plenissima voluntate emendare spopondit. Rex ergo[l] Pippinus[m]

a) nartuas *B* 1. b) continebantur *B* 1. c) Francia *Anian.* d) haistulfus *B* 1. *Anian. semper.* e) sibi *om. Anian.;* omnia que ei *B* 1. f) a *om. A* 1. g) finibus suis *Anian.* h) Karlomannus *B* 1. i) Vienna — dies *om. Anian.* k) bertrada *B* 1. l) arcēps *B* 1. m) *excidit Anian., ubi supplevit Pertz (cf. etiam Vedast.).* n) Anno — DCCLV. *om. A* 1. o) Hoc anno *om. B* 1. p) longobardorum *A* 1. q) *om. A* 1. r) *om. Anian.* s) rex Pippinus *A* 1. t) congregans *Anian.* u) et per *B* 1. *Anian.* v) *om. h. l. Anian.;* haistulfus *B* 1. w) longobardos *A* 1; Langobardis *Anian.* x) *sic Anian.;* clausas *A* 1; sclusas *B* 1. y) resistere iussit *A* 1; Haistulfus *add. h. l. Anian.* z) traiectis *B* 1. a) longobardi *A* 1. b) firmarant *Anian.* c) inde *Anian.* d) *sic A* 1. *B* 1; Ticinum *Anian.* e) illamque *B* 1. f) Hoc *Anian.;* Hec vero haistulfus *B* 1. g) nullamque *Anian.* h) *manu correctoris suppl. B* 1. i) pipino *B* 1. k) obtim. *B* 1. l) vero *Anian.* m) pipinus *B* 1.

1) *Cf. Cod. Carolin. nr.* 8, *Epp. III, p.* 495; *V. Stephani II. c.* 41, *Lib. pont. ed. Duchesne I, p.* 454; *Oelsner l. l. p.* 259. 2) *Cf. supra p.* 14, *l.* 1. 3) *Cf. supra p.* 28, *l.* 9. 10. 4) *Haec locutio saepius occurrit, cf. a.* 761. 763. 775. 778. 5) *Cf. supra p.* 34, *n.* 1. 6) *Cf. supra p.* 28, *l.* 19. 7) *Cf. supra p.* 2, *l.* 14.

solito more misericordia motus regnum ei[a] et vitam concessit. Heistulfus[b] 756. C. Fr. c. 38. autem per iudicium Francorum thesauri[c], quod in Ticino[d] erat, tertiam partem Pippino[e] tradidit, sacramenta iterum renovans obsidesque tribuens, promisit sé partibus Francorum[f] semper esse fidelem et annuale[g] tributum, quod Francis debuerat[h], per missos suos annis singulis esse transmissurum, et ea quae sancto Petro vel Stephano papae annis preteritis *promiserat, cuncta reddidit. Pippinus *f. 9d. autem victor cum[a] incolumi[i] exercitu gaudens ad propria remeavit, thesauris et obsidibus secum adductis.

Anno[k] dominicae incarnationis DCCLVI. Hoc anno[l] Pippinus princeps[m] interiora regni sui pacifice ordinans[1], tam in ęcclesiasticis rationibus quam et in publicis negotiis et privatis[n], in nullam partem exercitum duxit[2]. Heistulfus[o] vero rex Langobardorum[p], dum C. Fr. c. 39. venationem in quadam silva exerceret, divina ultione percussus[3], de equo, in quo sedebat, in terra[q] proiectus[4], tertia die vitam (Dec.) amisit. Langobardi[r] vero ex consilio Pippini regis et procerum suorum Desiderium regem Langobardorum[s] instituunt[t, 5]. 757.

Anno[u] dominicae incarnationis DCCLVII. Hoc anno[l] Constantinus imperator misit regi Pippino inter cetera A. r. Fr. dona organum, quod antea visum non[v] fuerat in Francia[6].

Eodem anno rex[w] Pippinus[x] tenuit placitum suum in Com- A. r. Fr. pendio[7] villa publica[8], in qua etiam Tassilo[y] dux Bavariorum[z] fuit. Quem pro fidei firmitatis causa[9] et eius homines maiores natu, qui erant cum eo[a], domnus Pippinus[x] iurare[b] sibi fecit supra sacratissima corpora sancti Dionisii, Rustici et Eleutherii

a) *om. Anian.* b) haistulfus *B* 1. c) thesaurum *Anian.*; *cf. Cont. Fredeg. l. l.*: thesaurum, quod in Ticino erat, id est tertiam partem. d) ticinia *A* 1. e) pipino *B* 1. f) part. Franc. *om. Anian.* g) annale *A* 1. h) tribuerat *Anian.* i) incolomi *B* 1; exercitu incolumi *A* 1; incolumem exercitum *Anian.* k) Anno — DCCLVI. *om. A* 1. l) Hoc anno *om. B* 1. m) princeps Pippinus *A* 1. n) eo anno *inepte add. A* 1. o) Haistulfus *B* 1. p) longobardorum *A* 1; *om. Anian.* (*sed cf. etiam Lob. Vedast.*). q) terram *B* 1. r) Longobardi *A* 1. s) longobardorum *A* 1. t) instituit *A* 1. u) Anno — DCCLVII. *om. A* 1. v) non visum *B* 1. w) rex rex, *prius eras. A* 1. x) pipinus *B* 1. y) tassilio *A* 1. z) baioariorum *B* 1. a) cum eo erant *B* 1. b) fidem *add. B* 1; iuravit fidelitatem *Lob.*; *cf. A. r. Fr.*: fidelitatem promisit; *at iam supra, l.* 25: pro fidei firmitatis causa.

1) *Cf. supra p.* 30, *l.* 19. 22. 23. 2) *Cf. supra p.* 18, *l.* 24. 30, *l.* 19. 20. 3) *Cf. A. r. Fr.* (et percussus est Dei iudicio); *V. Stephani II. c.* 48 *l. l. p.* 454 (divino ictu percussus). 4) *Cont. Fredeg.*: super quandam arborem proiectus. 5) *Cf. infra a.* 773: Desiderius vero, immemor beneficiorum Pippini regis, per cuius donationem regnum Langobardorum sortitus est. 6) *Cf. Oelsner l. l. p.* 290, *n.* 2, *qui nostros verba A. r. Fr.* (organum, qui in Franciam usque pervenit) *hic recte interpretari putat.* 7) *Compiègne (Oise).* 8) *Cf. supra p.* 14, *l.* 16. 9) *Cf. supra p.* 47, *l.* 23: pro firmitatis causa.

A. r. Fr. necnon et sancti Germani et sancti Martini, spondentes se fideles esse Pippino regi et filiis eius omnibus diebus vitae suae.

758. Anno[a] dominicae incarnationis DCCLVIII. Hoc
A. r. Fr. anno[b] rex Pippinus in Saxoniam exercitum ducens firmitates eorum destruxit[1]. Castrametatus[2] est autem in loco qui dicitur Sithima[c, 3], in qua vastatione[4] multi Saxones ceciderunt. Et tunc demum[d] polliciti sunt regis Pippini voluntatem facere et honores sive dona in suo placito presentandos, id est per annos singulos equos trecentos[e, 5].

759. Anno[f] dominicae incarnationis DCCLVIIII. Hoc anno[g] preter[h] domesticas[i] regni sui causas corrigendas[6]
A. r. Fr. Pippinus nullum iter exercuit[*, 7]. Natus est autem ei filius, cui nomen suum imposuit. Qui vixit annos II[os k] et in tertio defunctus est. Celebravit autem gloriosus rex Pippinus[l] eodem
760. Apr. 6. anno[m] natalem Domini in Longlare[n, 8] et pascha[o] in Iopila.

A. r. Fr. Anno[p] dominicae incarnationis[q] DCCLX. Pippinus
*f. 10a. rex cernens Waifarium[r] ducem *Aquitaniorum minime iustitias ęcclesiarum, quae in partibus Francorum erant, facere voluisse, ex[s] consilio optimatum[t] suorum iter in Aquitaniam[u] direxit et pervenit usque ad locum[v] qui dicitur Tedoad[9]. Cum[w] haec vidisset Waifarius[x], direxit nuntios[y], Autbertum[z] scilicet et Dadinum, et dedit obsides Adalgarium[a] et Iterium[**, b], spopondens[c] sé[d]
cf. C. Fr. c. 41. sub iureiurando, ut quod quondam malo ordine com-

*) Pippinus preter domesticas interius regni sui causas corrigendas nullum exercuit iter *B* 1.
**) direxit nuncios ad regem Pippinum deditque obsides, spopondens *B* 1.

a) Anno — DCCLVIII. *om.* *A* 1. b) Hoc anno *om.* *B* 1., *ubi* Pipp. rex. c) *sic* *B* 1; scchima *A* 1; Sithinia *Vedast.*; Sithma *codex* *A* 1 *Annalium r. Fr.* d) *ita* *A* 1. *B* 1; *legendumne* denuo? e) CCC[tos] *A* 1. f) Anno — DCCLVIIII. *om.* *A* 1. g) Hoc anno *om.* *B* 1; quo anno *Vedast.* h) propter *(melius) Lob.*; *cf. Pertz, SS. XX, p.* 2. i) interiores *Vedast.* k) II[os] annos *B* 1. l) pipinus *B* 1. m) *ita* *A* 3. *B* 1; Celebrauit anno eodem Pippinus rex *A* 1. n) longare *A* 3. o) pasca *A* 1 *semper*, *B* 1 *saepe*. p) Anno — DCCLX. *om.* *A* 1. q) inc. domini *A* 3. r) Wagfarium *A* 3. s) facere velle cons. obtim. *B* 1. t) principumque *add.* *A* 3. u) in Aquit. iter *A* 3. v) loc|| *A* 1; perv. in locum *A* 3. w) Cumque *B* 1. x) Wagpharius *A* 3. y) suos *add.* *A* 3. z) aubertum *A* 1; Witbertum *A* 3; Hautbertum *Vedast.* a) adelgarium *A* 3. b) iter. *A* 3. c) *ita* *A* 1. *B* 1, *cf. supra p.* 47, *l.* 19; spo *iam erasum* *A* 3. d) *om.* *A* 3.

1) *Cf. supra p.* 44, *n.* 2. 2) *Cf. supra p.* 17, *l.* 16. 3) *A. r. Fr.*: Sitnia. *Sythen inter urbes Wesel et Münster esse videtur.* 4) *Cf. supra p.* 35, *l.* 26. 5) *Cf. supra p.* 44, *n.* 6. 6) *Cf. supra p.* 31, *l.* 21. 30, *l.* 19; *infra a.* 790. 7) *Ann. q. d. Einhardi:* neque extra regni sui terminos aliquod iter fecit. 8) *Longlier prope Neufchâteau in Belgica parte ducatus Luxemburgensis.* 9) *Locus ignotus in pago Arvernico quaerendus, a Valesio perperam pro Doué prope Saumur (Maine-et-Loire) habitus.*

miserat contra dominationem regis Pippini[a], secundum 760.
iudicium et legem emendare deberet[b. 1]. Hac firmitate
suscepta[c. 2] princeps Pippinus[d] ad propria revertitur, et C. Fr. c. 41.
cęlebravit natalem Domini Carisiaco et pascha similiter. 761. Mart. 29.

Anno[e] dominicae incarnationis[f] DCCLXI. Pippinus C. Fr. c. 42.
rex conventum Francorum habuit in Duria villa publica[3] et de utilitate regni Francorum tractans suos ibi optimates[g] adunavit. Waifarius[h] autem, inito[i] pravo consilio, exercitum Wasconum in fines Burgundiae direxit, qui usque ad Cavallonem[k. 4] urbem totam illam partem Burgundiae[l] vastaverunt[m]. Hoc cum Pippino[n] regi nuntiatum fuisset, quod Waifarius[h] fidem promissam postponeret[5], cum exercitu ad Ligerem[o] fluvium venit. Quo transiecto ad castrum cui nomen est Burbone[6] in pago Biturico[7] venit, destructoque eodem castro[8] cunctos[p], quos ibi repperit, captos[q] secum adduxit[r]. Peragrataque Aquitania[s] usque[t] Clarum[u]-montem[9] castrum pervenit, quod[v] non sua voluntate, sed bellatorum[w] vi iniecto[x] concrematum est igne[y. 10]. In quo itinere Blandinus[11] perfidus[12] comes in presentiam[z] Pippini[a] regis captus est[b]. Innumerabilibus[13] itaque spoliis et captivis totus ille exercitus ditatus in Franciam[c] reversus est. Celebravitque gloriosus[14] A. r. Fr.
rex Pippinus[d] natalem Domini in Carisiaca[e] villa et pascha 762. Apr. 18.
similiter.

a) contra — Pippini *om.* *B* 1. b) emendaret *A* 3. c) pius *add.* *A* 3. d) pipinus *B* 1. e) Anno — DCCLXI. *om.* *A* 1. f) dom. inc. *om.* *A* 3. g) obtim. *B* 1; opt. ibi *A* 3. h) Wagfarius *A* 3. i) *ita* *A* 1. 3; *om.* *B* 1. k) cauadonem *A* 3. l) direxit — Burgundiae *om.* *B* 1. m) uastauit *B* 1. n) pipino *B* 1. o) Ligerum *A* 3. p) cunctosque quos ibi repperit secum adductis *post* castrum pervenit (*l.* 16) *habet* *A* 1. q) captus *A* 3. r) duxit *A* 3; et homines Waiofario, quod ibidem invenit, secum duxit *Cont. Fredeg. l. l.* s) Peragr. Aquit. *om.* *A* 1; peragratamque Aquitaniam *A* 3. t) usque ad *B* 1. *Lob.* u) illirum *corr.* darum *A* 3. v) Quod castrum *A* 1. w) bellaturum *corr.* bellatorum *B* 1. x) inleto *A* 1. y) igne concr. est *A* 3. z) presentiā *radendo corr.* presentia *B* 1. a) pipini *h. l.* *A* 1. b) ductus est *add.* *A* 3; captum atque ligatum ad praesentia regis adduxerunt *Cont. Fredeg. l. l.* c) Francia *A* 1. d) pipinus *B* 1; Pippinus gloriosus rex *A* 1. e) carisica *A* 3.

1) *Cf. Pückert l. l. p.* 114 *sq.* 2) *Cf. infra p.* 53, *l.* 19: pius Pippinus. 3) *Cf. supra p.* 14, *l.* 16. 4) *Chalon-sur-Saône.* 5) *Cf. supra p.* 48, *l.* 6. 6) *Bourbon-l'Archambaud (Allier).* 7) *Cont. Fredeg.:* in pago Bitorivo. *Le Berry.* 8) *Cont. Fredeg.:* subito a Francis captus atque succensus est. 9) *Clermont (Puy de Dôme).* 10) *Cont. Fredeg.:* usque urbem Arvernam cum omni exercitu veniens, Claremonte castro captum atque succensum bellando cepit, et multitudinem hominum, tam virorum quam feminarum vel infantum plurimi, in ipso incendio cremaverunt. — *Consilium Pippinum excusandi in nostris apparet.* 11) *Bladinus comes Arvernorum (Cont. Fredeg. c.* 42. 47*).* 12) *Cf. supra p.* 28, *l.* 10. 13) *Cf. supra p.* 10, *l.* 14. 14) *Cf. infra p.* 52, *l.* 2; *a.* 764. 771. 772. 774. 789; *Waitz, 'VG'. ed.* 2. *III, p.* 244, *n.* 4.

762. A. r. Fr. Anno[a] dominicae incarnationis DCCLXII. Tertia vice gloriosus[1] rex Pippinus[b] perfidum[2] Waifarium ducem persequens in Aquitaniam cum exercitu[c] intravit, destructis- cf. C. Fr. c. 43. 46. que castellis et munitionibus, ad ultimum[d] Bituricam urbem[e] munitissimam conquisivit et Toarcis[f, 3] castrum, quo in Aquitania firmior[g, 4] non erat[4], destruxit. Reversusque *f. 10b. cum victoria ad sedem propriam regni sui[5] in Gentiliaco[h, 6] *villa natalem Domini et pascha celebravit.

763. Apr. 3. A. r. Fr. Anno[i] dominicae incarnationis DCCLXIII. Pippinus rex habuit placitum generale Francorum[7] in Nivernis. Inde ob infidelitatem Waifarii perfidi[8] ducis quartum iter in[k] Aquitaniam direxit. In eodem[l] quoque placito Tassilonem ducem Bavariorum[m] habuit. Qui postpositis[9] sacramentis et iusiurandum[n], quod quondam regi Pippino, avunculo suo, ut superius retulimus[o, 10], promiserat, absque[p] licentia eius ad fines Bavariorum confugit[q], et nusquam[r] amplius faciem regis Pippinis[s] videre meruit[11]. Porro rex Pippinus[t] iter agens per[k] Aquitaniam usque Cadurciam[u, 12] pervenit, uniusque ob noxam, perfidi[13] siquidem Waifarii, totam illam regionem vastavit et victor in Franciam reversus est. Facta est autem eodem anno hiems valida. Celebravit autem[v] rex Pippinus[t] natalem Domini in villa quae dicitur Longlare et pascha similiter.

764. Mart. 25. A. r. Fr. Anno[w] incarnationis dominicae DCCLXIIII. Pippinus[t] [gloriosus[k, 14]] rex conventum Francorum habuit[15] in civitate quae[x] vocatur Wurmatia[y]. Eodemque[z] anno intra[a] fines regni sui ea quae pacis erant[b, 16] disponens[17], simul et

a) Anno — DCCLXII. *om.* *A* 1; dom. inc. *om.* *A* 3. b) Glor. rex Pipp. tercia uice *B* 1. c) cum exerc. *om.* *B* 1. d) ultimam *statim corr.* ultimum *A* 1. e) munit. ciuitatem *B* 1. f) thoarcis *B* 1. g) *sic* *A* 1. 3. *B* 1. h) Gentiliaca A 1. i) Anno — DCCLXIII. *om.* *A* 1. k) *om.* *A* 1. l) edem *corr.* eodem *A* 1. m) baioariorum *B* 1. n) iusiurando *A* 1. o) supra diximus *B* 1. p) sine *B* 1. q) ad usque baioariam fugit *B* 1. r) nūquam *B* 1. s) pipini *B* 1. t) pipinus *B* 1. u) cadurcum *B* 1. v) quoque *B* 1. w) Anno — DCCLXIIII. *om.* *A* 1. x) que (q̊) *A* 1. y) uuormacia *B* 1; Wormatiam *Lob.* z) Eodem *B* 1. a) *sic* *B* 1; iuxta *A* 1. b) sunt *B* 1 (*cf. supra p.* 18, *l.* 22. 23. 30, *l.* 22. 23).

1) *Cf. supra p.* 51, *l.* 21. 2) *Cf. supra p.* 28, *l.* 10. 3) *Thouars (Deux-Sèvres).* 4) *Nescio an scribere debuerint:* Bituricam urbem munitissimam, qua in Aquitania firmior non erat, et Toarcis castrum destruxit (*cf. Cont. Fredeg. c.* 43. 46). 5) *Cf. supra p.* 14, *l.* 3. 6) *Gentilly (Seine).* 7) *Cf. infra l.* 24. 8) *Cf. supra n.* 2. 9) *Cf. supra p.* 48, *l.* 6. 10) *Cf. supra p.* 49, *l.* 25. 26. 16, *l.* 9. 11) *A. r. Fr.:* et nusquam amplius faciem supradicti regis videre voluit. 12) *Cahors.* 13) *Cf. supra n.* 2. 14) *Cf. supra n.* 1. 15) *His verbis hoc in nostris dici solet, cf. supra p.* 51, *l.* 6; *infra a.* 766. 767. 776. 779. 782. 785. 788. 790. 791. 801. 803. 804. 16) *Cf. supra p.* 9, *l.* 14. 15. 17) *Cf. supra p.* 18, *l.* 23. 24; 30, *l.* 19.

de causis[a] inter se[b] et Waifarium atque Tassilonem pertractans[1], *A. r. Fr.* in nullam partem exercitum duxit[2], et cęlebravit natalem Domini in Carisiaco et pascha similiter. *765. Apr. 14.*

Anno[c] dominicae incarnationis DCCLXV.[3] Principes Francorum, *cf. C. Fr. c. 44. 45.* qui commorabantur in Burgundiae partibus[d], multa certamina contra Aquitanios et Wascones habuerunt. Nam Waifarius Mantionem[e] comitem, consobrinum suum, ad insidiandum Francis cum manu valida[4] misit[f]. Cui occurrerunt[5] Pippini[g] regis comites Austrauldus et Galimannus, initoque certamine ipsum Mancionem cum plurimis sociis suis interfecerunt[6]. Hilpingus quoque comes *C. Fr. c. 45.* Arvernorum[h] cum magna multitudine irruit in pagum Lucdunensem[i, 7]. Cui occurrit Adalardus comes Cavallonensis[k, 8] cum ceteris comitibus, fortiterque certamen inierunt. In quo prelio cum innumerabilibus[9] interfectis Hilpingus quoque cecidit. Amanugus[l] quoque[m] comes[10], dum partibus[n] Turonum[11] vastando veniret, ab hominibus Vulfardi[o] abbatis monasterii sancti Martini interfectus est. *Remistanius vero avunculus Waifarii ad regem *f. 10c.* Pippinum confugium fecit[p, 12], quem pius[13] Pippinus honorifice[q] suscipiens multis muneribus ditavit[r]. Eo[s] anno rex *A. r. Fr.* Pippinus[t] conventum habuit ad Attiniacum[14] villam, et eo anno in[u] nullam partem exercitum duxit[15]. Cęlebravit autem natalem Domini in Aquisgrani et pascha similiter. *766. Apr. 6.*

a) quę erant *add. B* 1. b) illum *B* 1. c) Anno — DCCLXV. *om. A* 1. d) part. Burg. *B* 1. e) mancionem *B* 1. f) direxit *B* 1; transmisit *Cont. Fredeg. c.* 44. g) pipini *B* 1. h) auernorum *A* 1. i) lucoiuuensem *A* 1; lucoiunensem *B* 1; in pago Lugdunense *Cont. Fredeg. c.* 45. k) cabillonensis *B* 1; Cavalonensis *Cont. Fredeg. l. l.* l) Aomnugus *A* 1; Ammanugus *Cont. Fredeg. l. l.* m) etiam *B* 1. n) in part. turonorum vastandis *B* 1. o) Walfardi *A* 1; Vulfardo *Cont. Fredeg. l. l.* p) pipinum confugit *B* 1. q) quem rex benigne *B* 1. r) honorauit *B* 1. s) Eodem *B* 1. t) pipinus *B* 1. u) *om. A* 1.

1) *Ita verba nimis obscura A. r. Fr.:* causam pertractabat inter Waifarium et Tassilonem *recte interpretari videntur; cf. Ann. q. d. Einhardi:* distracto in diversa animo propter duo bella, Aquitanicum iam olim susceptum et Baioaricum propter Tassilonis ducis defectionem suscipiendum. 2) *Cf. supra p.* 18, *l.* 23. 24. 3) *Oelsner, 'König Pippin' p.* 384. *haec iam annis* 763—764. *ascribere videtur.* 4) *Cf. supra p.* 27, *l.* 21. 5) *Cont. Fredeg. c.* 44: Sic Mantio una cum multitudine gente Wasconorum super eos inruit; *cf. Pückert l. l. p.* 159, *n.* 5; *infra a.* 782. 783. 784. 6) *Acta ss. Bertharii et Ataleni c.* 3, *Acta SS. Boll. Iul. II, p.* 318: Waifarius . . . inprimis vigore Austrauldi et Galemanni, comitum Pippini, perditis copiis destitutus; *cf. supra p.* 36, *n.* 8. 7) *Le Lyonnais.* 8) *Chalon-sur-Saône.* 9) *Cf. supra p.* 10, *l.* 14. 10) *Cont. Fredeg. c.* 45: Ammanugus comes Pectavensis. 11) *La Touraine.* 12) *Cf. supra p.* 12, *l.* 7. 13) *Cf. supra p.* 51, *l.* 24. 14) *Attigny (Ardennes).* 15) *Cf. supra n.* 2.

766. Anno[a] dominicae incarnationis DCCLXVI. Cernens
C. Fr. c. 46. Waifarius, quod nulla civitas nec ulla munitio Pippino[b] regi
et Francis resistere potuisset[c], civitates quas habuit munitissimas
A. r. Fr. in Aquitania destruere iussit. Hoc Pippinus[c*] rex audiens conventum Francorum[1] in Aurelianis civitate adunavit, pergensque
in Aquitaniam civitates et castella, quae Waifarius destruxerat,
cf. C. Fr. l. l. reaedificare precepit. In quibus custodes posuit, qui Waifario resistere potuissent[d, 2]. Revertensque in Franciam,
natalem Domini in Salmuntiaco[3] et pascha similiter[4] celebravit[e].

767. *A. r. Fr.* Anno[f] dominicae incarnationis DCCLXVII. Pippinus[c*]
habuit sinodum in Salmuntiaco[g, 5], altercantibus inter se
Romanis et Grecis de sancta trinitate et sanctorum imaginibus.
His rite peractis[h, 6] Pippinus rex partibus Aquitaniae iter fecit
per Narbonam[i] ac Tolosam[k] urbem* cepit Albiensemque[7] necnon
cf. C. Fr. c. 48. et Gavuldanum[l, 8], victorque cum omnibus[m], suae ditioni sub-
Apr. 19. actis, inde[n] revertens, celebravit pascha in Vienna civitate.
A. r. Fr. Eodem quoque anno iterum perrexit in Aquitaniam. Ad
Bituricam quoque[o] urbem veniens, ibi conventum[p] Francorum
cf. C. Fr. c. 49. habuit[9] more solito in campo Magii[q], et inde iter dirigens pervenit ad Garonnam[r] fluvium. In quo itinere multas muni-

*) Pipinus rex perrexit in Aquitaniam et Narbonam ac Tholosam urbes cepit *B* 1.

a) Anno — DCCLXVI. *om.* *A* 1. b) pipino *B* 1. c) posset *B* 1. c*) pipinus *B* 1. d) possent *B* 1. e) celebrauit nat. Dom. in Salmunt. et pasca similiter *B* 1. f) Anno — DCCLXVII. *om.* *A* 1. g) in Salmontitiaco (*l.* Salmontiaco) *etiam Lob.* h) erectis *A* 1. i) *cf. etiam Vedast.* k) narb. Octolosam *A* 1. l) uuldanum *B* 1. m) cunctis *vel similis vox supplenda videtur (vel potius* cum *delendum H.-E.); cf. Lob.:* cuncta suae ditioni subiecit; *Cont. Fredeg.* 48. n) cum — inde *om.* *B* 1. o) vero *B* 1. p) *in marg. suppl.* *A* 1. q) Maii *A* 1. r) goronnam *A* 1.

1) *Cf. supra p.* 52, *l.* 24. 2) *A. r. Fr. et Ann. q. d. Einhardi nonnisi de castro Argentomo (Argenton-sur-Creuse) restaurato et de praesidiis eo Bituricasque missis referunt; cf. etiam Cont. Fredeg. c.* 46. 3) *Samoussy (Aisne).* 4) *A. r. Fr. et Ann. q. d. Einhardi regem pascha* Gentiliaci *(Gentilly) celebrasse tradunt; re vera, ut iidem annales et cum eis nostri a.* 767. *testantur, Viennae celebravit, cf. infra l.* 16; *Oelsner, 'König Pippin' p.* 403, *n.* 5; *Wibel l. l. p.* 27, *n.* 1. *Vix a veri simili abhorret compilatorem* similiter *perperam pro* in Gentiliaco *legisse, quamvis etiam editio princeps A. r. Fr. hic cum nostrorum recensione B concordet; cf. supra p.* 42, *n.* 1. 5) *Immo Gentiliaci; cf. A. r. Fr.:* in supradicta villa; *Ann. q. d. Einhardi:* in Gentiliaco villa; *Mühlbacher nr.* 104*f; Richter-Kohl, 'Annalen' II, p.* 23; *Wibel l. l. Error nostrorum nonnisi ex depravata illa lectione* similiter *(pro* in Gentiliaco*) a.* 766. *in fin. exortus videtur, ita ut de loco synodi fere nihil dubii relinquatur. Gentiliacum quoque A. r. Fr. a.* 762, *Ann. q. d. Einh. a.* 762. 767. *et nostri supra p.* 52, *l.* 7. *villae nomine appellant.* 6) *Cf. supra p.* 14, *l.* 1. 7) *Albi (Tarn).* 8) *Le Gevaudan (Lozères).* 9) *Cf. supra p.* 52, *l.* 24. *Cf. Cont. Fredeg. c.* 49.

tiones adquisivit, castrum videlicet Scoralium[a, 1], Thorinnam[2] *A. r. Fr.* et Petrociam[b, 3] et alias quam plurimas firmitates[c]. Indeque reversus est[d] Bituricam, ubi nuntiatum[e] est ei obitus Pauli[4] papae, et ibi cęlebravit natalem Domini.

Anno[f] dominicae incarnationis DCCLXVIII. Pippinus[g] rex in[h] Aquitaniam iter faciens perfidum[5] Remistanium[i] cepit et ad Sanctonis[k, 6] usque civitatem pervenit. In qua etiam cepit matrem Waifarii et sororem eius ac neptes. Indeque ad Garonnam[l] perrexit in loco qui dicitur Montis[m, 7]. Ibi[n] Hervicus veniens aliam sororem Waifarii ducis[o] secum adduxit[p]. Inde quoque[q] victor revertens pascha dominicum[o] celebravit in *Apr. 10.* castro quod dicitur Sels[8]. Indeque promoto exercitu, assumens secum Bertradam *reginam, iterum ad Sanctonis[r] civitatem **f. 10a.* pervenit[s]. In qua reginam cum reliqua familia sua[o] dimittens, ad Petrogoricam[t, 9] perrexit. Interemptoque Waifario cum triumpho victoriae ad[u] Sanctonis reversus est[v]. Ibique aliquot diebus moram faciens* egrotare cepit. Revertensque partibus[w] Turonorum ad sacratissima limina sancti Martini orationis causa pervenit. Inde cum ad Sanctum Dionisium pervenisset, cernens, quod de *C. Fr. c. 53.* illa infirmitate evadere non potuisset[x], omnes optimates suos, duces et comites Francorum, episcopos quoque et[y] sacerdotes ad sé venire precepit. Ibique una cum consensu[z] procerum suorum aequali sorte inter duos filios Carolum[a] et Carolomannum regnum Francorum iure paterno[b] divisit. His rite peractis[10] post paucos dies rex Pippinus[c] in pace obiit VIII.[d] Kal. Octobris. Sepelieruntque *A. r. Fr. Sept. 24.* eum gloriosi[11] filii sui Carolus et Carolomannus[e] in basilica *C. Fr. c. 53.* sancti[f] Dionisii martiris, ut ipse voluit, cum summo honore. Rexit

768. *A. r. Fr.* (margin beside the year heading)

*) Ibique multis diebus commoratus *B* 1.

a) scoialium *A* 1; Scoraliam *A. r. Fr.* b) petraciam *B* 1. c) ciuitates *B* 1. d) *om. A* 1. e) nuntiatus *B* 1; *cf. A. r. Fr.:* Ibique nuntiatum est de obitu Pauli papae. f) Anno — DCCLXVIII. *om. A* 1. g) Pipinus *B* 1. h) per *B* 1. i) Remistanum *A* 1; *cf. supra p.* 53, *l.* 18; Remistagnum *A. r. Fr.* k) sanctonas ciuitatem usque *B* 1. l) goronnam *A* 1. m) *sic B* 1. *A. r. Fr.;* muntis *A* 1. n) ibique *B* 1. o) *om. B* 1. p) abduxit *B* 1. q) et inde rex *B* 1. r) sanctonas *B* 1. s) venit ibique reginam *B* 1. t) petrogoriam *A* 1; Petrogorigo *A. r. Fr.* u) ad *om. B* 1. v) est reuersus *B* 1. w) in part. *B* 1. x) posset *B* 1. y) ac *B* 1. z) *sic B* 1 *cum Cont. Fredeg. c.* 53; sensu *post corr.* assensu *A* 1. a) Kar. *B* 1. b) paterno iure *B* 1. c) pipinus *B* 1. d) octauo kalendas *B* 1. e) Car. et Carolom. *om. B* 1. f) beati *B* 1.

1) *Ally (Cantal).* 2) *Turenne (Corrèze).* 3) *Peyrusse (Aveyron).* 4) *I.* † 767. *Iun.* 28. 5) *Cf. supra p.* 28, *l.* 10. 6) *Saintes ad fluvium Charente (Charente inférieure).* 7) *Cf. Oelsner l. l. p.* 411, *n.* 7, *secundum quem Mons (Charente) vel ~~vicus~~ Mont (Charente inférieure) intellegi videtur.* 8) *Nunc Chantoceaux (Maine-et-Loire).* 9) *Périgord.* 10) *Cf. supra p.* 14, *l.* 1. 11) *Cf. supra p.* 51, *n.* 14.

768. autem populum Francorum post discessum[a] patris sui Caroli *C. Fr. c. 54.* annis XXVI. His quoque transactis[b] predicti reges Carolus et Carolomannus[c] cum proceribus suis et optimatibus ad propriam sedem regni eorum[d] venientes, instituto placito, cum consilio *Sept. 18.* omnium Francorum[e] mense Septembrio, die dominico XIIII. Kal. Octobris[1] Carolus[f] rex ad Noviomum[2] urbem[g], et[h] Carolomannus[i] in Suessione[3] civitate[h] per consecrationem sacerdotum et electionem omnium optimatum Francorum in regni solium exaltati[k] sunt.

769. *A. r. Fr.* Anno[l] dominicae incarnationis DCCLXVIIII. Carolus[m] audiens perfidiam Hunaldi, qui iterum fraudulenter Aquitaniae principatum arripere[n] volebat[o], adunato exercitu iter[p] in Aquitaniam tendit et per Dei auxilium fraudulentiam Hunaldi[q] consiliis optimis dissipavit. In quo itinere cum germano suo Carolomanno colloquium habuit[4] in loco qui dicitur Duos-dives[r, 5]. Inde[s] Carolomannus ad propria revertitur. Rex vero Carolus[t] perrexit ad Equalismam[u, 6] civitatem et inde venit ad flumen Dorniniam[v, 7] et aedificavit castrum quod dicitur Fronciacus[8]. Indeque direxit legatos suos[i] ad Lupum principem Wasconum[w], ut sibi ad se fugientem Hunaldum **f. 11a.* transmitteret[x]. Hoc[y] audiens Lupus, regio[z] timore perterritus[9], direxit[a] sibi Hunaldum cum uxore sua*. Hinc,

*) *B* 1 *add.:* se vero totamque terram suam regis ditioni submisit[10].

a) decessum *B* 1. b) *ita A* 1, *cf. Vedast., Cont. Fredeg.;* His ita peractis *B* 1. c) carlomannus *h. l. B* 1. d) ad sedes regni sui *B* 1. e) instituto — Francorum *om. B* 1. f) Kar. *B* 1. g) in nouiomo urbe *B* 1. h) *om. B* 1. i) Karolomannus *h. l. B* 1. k) eleuati *B* 1; *cf. Vedast. A. r. Fr.* l) Anno — DCCLXVIIII. *om. A* 1; LVI. *praemittit A* 4. m) Karolus *A* 4. *B* 1. n) arripipere *corr.* arripere *A* 4. o) *ita A* 4. *B* 1; voluit *A* 1. p) *om. B* 1; illuc tendens per Dei auxilium *A* 4. q) illius *A* 4. r) *sic A* 1 (Duasdives *A. r. Fr.*); duos clive' *A* 4; ad duos cliuos *B* 1 (cl *pro* d *lecto, ut B* 2 *a.* 803). s) et inde *B* 1. t) Karolus *A* 4. u) *ita A* 1. 4; ecolosinam *B* 1. v) *ita A* 1. 4. *B* 1; Dornoniam *(quam lectionem, cum A. r. Fr. concordantem, Waitz approbat) Vedast.* w) Wasconum principem *A* 4. x) *ita A* 1. (4); mitteret *B* 1. y) Hęc *B* 1. z) *ita A* 1. *B* 1; *legendumne* regis? a) misit *A* 4.

1) *Immo* 7. *id. Octobr. (A. r. Fr.). Dies ex Cont. Fredeg. satis neglegenter transsumtus, cum nostri supra ex A. r. Fr. retulerint Pippinum nonnisi* 8. *Kal. Octobr. decessisse.* 2) *Noyon.* 3) *Soissons.* 4) *Ann. q. d. Einhardi:* conloquio tantum cum eo habito. 5) *Moncontour de Poitou ad confluentes duarum partium fluvii Dive du Nord (Vienne) esse videtur.* 6) *Angoulême.* 7) *Dordogne.* 8) *Fronsac (Gironde).* 9) *Ann. q. d. Einhardi:* minis regis perterritus; *cf. Bonnell l. l. p.* 159, *n.* 13; *supra p.* 34, *l.* 8. 9. 10) *Einhardi Vita Karoli M. c.* 5: Sed Lupus saniori consilio usus non solum Hunoldum reddidit, sed etiam se ipsum cum provintia cui praeerat eius potestati permisit. *Cf. Abel-Simson, 'Jahrbücher' I, ed.* 2. *p.* 48, *n.* 5. *Pückert l. l. p.* 164, *n.* 9. *non iure haec ex Annalibus prioribus desumpta esse putavit.*

castro[a] preparato Hunaldoque recepto fugitivo[b], Carolus[c] rex 769.
cum gaudio[d, 1] in Franciam reversus est, et cęlebravit natalem *A. r. Fr.*
Domini in villa quae dicitur Duria et pascha in Leudico[e, 2] vico 770.
publico, ubi beatus[f] Lambertus[g] martir in[h] corpore *Apr. 22.*
requiescit[i, 3].

Anno[k] dominicae incarnationis DCCLXX. Carolus *A. r. Fr.*
precellentissimus[4] rex[l] habuit* sinodum[m] in Vurmacia[n] civitate, et Carolomannus cum genitrice[o] sua Bercta[p] regina colloquium[5] habuit in castro[6] quod dicitur Salussa[7].

Eodem anno perrexit iam dicta domna Bercta[q] regina per Bavariam[r] partibus Italiae**. Carolus[s] autem[t] rex cęlebravit
natalem Domini in Magontia civitate[b] et pascha in Heristallio[8]. 771. *Apr. 7.*

Anno[u] dominicae incarnationis DCCLXXI. Carolus[c] *A. r. Fr.*
rex habuit sinodum[v] in Valentianas. Eodemque anno Carolomannus
rex defunctus est in villa quae dicitur Salmuntiacus[w] pridie Non.[x] *Dec. 4.*
Decemb., sepultusque est in basilica sancti Remigii confessoris iuxta Remorum[9] urbem[y]. Rex vero Carolus ad Corbiniacam[10] villam publicam[11] pervenit. Ibi venientes ad eum Wileharius[z] archiepiscopus[12] et Fulradus capellanus cum aliis episcopis ac[a] sacerdotibus, Warinus quoque et Adhalardus[b] comites cum aliis principibus, qui fuerant ex partibus Carolomanni, et unxerunt super se[c, 13] dominum suum[d] Carolum[e]

*) *B* 1 *add.:* colloquium[14] vel.
**) Que regina per Baioariam perrexit in Italiam *B* 1.

a) *ita A* 1. 4; Castro igitur *B* 1. b) *om. B* 1. c) Karolus *A* 4. d) cum gaudio *om. B* 1 *et, ut videtur, etiam A* 4. e) *sic A* 4; leudeco *A* 1; leodio *B* 1. f) *ita A* 1. 4. *Lob.;* sanctus *B* 1. g) Lantbertus *Lob.* h) *ita A* 4. *B* 1; *om. A* 1. *Lob.* i) quiescit *Lob.* k) LVII. Anno *etc. A* 4; Anno — DCCLXX. *om. A* 1. l) Precell. rex Karolus *A* 4; Kar. *et B* 1. m) synodum *A* 4. *B* 1. n) uuormatia *B* 1. o) genetrice *A* 4. p) berta *B* 1. q) domna Bercta *om. A* 4. r) Bawariam *A* 4. s) Karolus *A* 4. *B* 1. t) vero *B* 1. u) LVIII. Anno *A* 4; Anno — DCCLXXI. *om. A* 1. v) egit synodum *A* 4. w) Salmunciacus *A* 4. x) Nonas *A* 4. y) urbem Remorum *A* 4. z) Willeharius *A* 4. a) et *A* 1. b) Adalardus *A* 4. c) super se *om. A* 1. d) dom. suum *om. A* 4. e) Karolum *A* 4.

1) *Cf. supra p.* 27, *l.* 4. 2) *Lüttich.* 3) *Ann. q. d. Einhardi:* apud sanctum Lantbertum; *cf. Bonnell l. l.* 4) *Cf. supra p.* 2, *l.* 14. 5) *Cf. supra p.* 56, *n.* 4. 6) *Cf. supra p.* 29, *n.* 3. 7) *Selz ad Rhenum in Alsatia.* 8) *Herstal ad Mosam infra Lüttich.* 9) *Karlomannum ibi sepultum esse aliorum fontium testimonio confirmatur; cf. Abel-Simson, 'Jahrbücher' I, p.* 99, *n.* 4. *Infra a.* 783. *nostri loca sepulturae duarum reginarum notant.* 10) *A. r. Fr.:* Corbonacum *(Corbeny, Aisne).* 11) *Cf. supra p.* 14, *l.* 16. 12) *Archiepiscopum Senonensem, qui et archiepiscopus provinciae Galliarum appellatur, intellegendum esse Kurze haud sine iure censuerit.* 13) *Cf. Waitz, 'VG.' ed.* 2. *III, p.* 100, *n.* 2; *Abel-Simson I, p.* 102, *n.* 4. 14) *Cf. Waitz l. l. p.* 564, *n.* 5.

771. gloriosissimum[1] regem*, et obtinuit[a] feliciter monarchiam *A. r. Fr.* totius[b] regni Francorum. Gerberga[c, 2] vero uxor Carolomanni[d] cum duobus parvulis[3] et paucis principibus de parte coniugis[e] sui Carolomanni[f] Italiam petiit[g] et ad Desiderium regem Langobardorum[h] pervenit[4]. Rex vero Carolus[i] celebravit natalem Domini in villa quae dicitur Athiniacus[k] et pascha *772. Mart. 29.* in Heristallio**.

A. r. Fr. Anno[l] dominicae incarnationis[m] DCCLXXII. Carolus[n] rex sinodum[o] tenuit in Wormacia[p] et inde perrexit in Saxoniam prima vice et Herisburgum[q, 5] castrum cepit. Inde[r] ad Ermensul[s] usque pervenit et ipsum fanum destruxit aurumque aut[t] argentum, quod superstitiosum ibi adunatum fuerat, suis fidelibus distribuit***. In quo loco divina pietas magnum mira-

*) *B 1 praecedentia ex Chronico Reginonis magis quam ex Ann. Mett. descripta sic habet:*

Regino. Anno dominice incarnationis DCCLXXI. Karolus rex synodum habuit ad Valentianas; et eodem anno Carolo- *A. M. pr.* mannus rex defunctus est in villa Salmuntiaco II. Non. Decembris, sepultusque est iuxta urbem Remorum in basilica *Reg. et A. M. pr.* beati Remigii confessoris. Venit autem rex Carolus ad villam Corbiniacum, et ibi venerunt ad eum Folcarius et Folradus capellani cum aliis episcopis et sacerdotibus, Wirinus[u] et Adelardus comites cum aliis primatibus, qui *A. M. pr.* fuerant[v] Carlomanni, et unxerunt domnum Karolum super se in regem.

Reg. **) nat. Domini in Attiniaco et pasca similiter[6] *B 1.*

Reg. ***) argentum, quod ibi repperit, abstulit. Erat autem tunc siccitas magna, ita ut aqua deficeret in supradicto loco. *A. M. pr.* Sed divina pietas magnum ibi ostendit miraculum *B 1.*

a) optin. *B 1.* b) *ita A 4; om. A 1. B 1.* c) Girberga *B 1.* d) carlomanni *B 1.* e) viri *B 1.* f) *om. B 1.* g) petens *A 4.* h) longobard. *A 1.* i) Karolus *A 4; om. B 1.* k) Adthiniacus *A 4.* l) LVIIII. Anno *A 4*; Anno — DCCLXXII. *om. A 1.* m) *sic B 1*; ab incarnatione Domini *A 4.* n) Karolus *A 4. B 1.* o) synodum *A 4. B 1.* p) *ita A 1*; Vurmacia *A 4*; uuarmatia *B 1.* q) Erisburgum *A 4*; heresburgum *B 1.* r) et *B 1.* s) hermensul, en *eadem manu superscripto corr.* hermenensul *B 1.* t) et *A 4*; vel *B 1. Ann. r. Fr.* u) Werinus *Regino.* v) *sic Ann. Mett. pr.; fuerunt Regino.*

1) *Cf. supra p.* 51, *n.* 14. 2) *Id nomen coniugis Karlomanni soli nostri tradunt; in codice quodam Einhardi Vitae Karoli M. (Parisino nr.* 4628 *A, saec. X.)* Teoberga *audit; cf. Abel-Simson I, p.* 82, *n.* 3. 3) *Hoc nostri ceteris fontibus accuratius tradunt; cf. ib. p.* 104, *n.* 4. 4) *Cf. Vitam Hadriani I. c.* 9. 23, *Lib. pont. ed. Duchesne I, p.* 488. 493; *Einh. V. Karoli M. c.* 3 *(Poeta Saxo l. I, v.* 16 *sq., Poetae Lat. IV,* 1, *p.* 7*).* 5) *Hodie Stadt Ober-Marsberg ad fluvium Diemel.* 6) *Idem error apud Poetam Saxonem I, v.* 19, *Poetae Lat. IV, p.* 7; *cf. Abel-Simson, 'Jahrbücher' I, p.* 122 *sqq.*

culum[a] *ostendit[1]. Nam cum universo populo aqua deficeret, *f. 11b. A. r. Fr. et rex voluisset[b] ibi duorum vel trium dierum moram facere, quatinus pleniter illum fanum destruere potuisset*, subito ex arido[2] torrente quodam[c] fons largissimus aquae erupit, ita ut universus populus affluentia aquarum redundaret[d]. Ita Deus omnipotens voluntatem [gloriosissimi[e, 3]] regis in suo servitio persistentis[f] misericorditer adimplevit. His rite peractis[4] Carolus[g] rex super fluvio Wisera[h] castra posuit, quo in loco cum Saxonibus placitum habuit. Receptisque de[i] illis obsidibus quot voluit[5], reversus est cum pace in Franciam, et cęlebravit natalem Domini et pascha in Heristallio**. 773. Apr. 18.

Anno[k] dominicae incarnationis DCCLXXIII. Cum[l] A. r. Fr. resedisset[m] rex Carolus in villa quae dicitur Teodonis[6], [veniens[n]] ibi domni apostolici missus Adriani[7] nomine Petrus precibus apostolicis[o] ipsum[p] ad defendendam Romanam ęcclesiam[q] pergere[r] postulavit, ut Romanum[s] populum et ipsam ecclesiam sanctam[t] de manibus[u] superbi[8] regis Desiderii liberaret***, adiungens, quod ipse legitimus tutor et defensor esset ipsius[v] plebis[w, 9], quoniam illum predecessor suus beatae memoriae Stephanus papa unctione sacra liniens in[x] regem ac patricium Romanorum ordinarat[y, 10]. Carolus[z] igitur rex per consilium optimatum

*) facere, ut illud fanum ex toto destruere posset *B* 1.
**) nat. Dom. in Heristallio et pasca similiter *B* 1.
***) *Praecedentia B* 1 *mutata aliquatenus ex Chronico Reginonis ita habet:* Cum hiemaret rex Carolus in villa quę dicitur Theodonis, ibi venit ad eum missus domni Adriani papę nomine Petrus, obnixe postulans, ut ad defendendam ęcclesiam Romanam festinaret et ut populum Romanum de manibus superbi regis Desiderii liberaret.

a) diuina pietas *iterum add. A* 1. b) uellet *B* 1. c) *om. B* 1. d) habundaret *B* 1. e) *deest A* 1. f) permanentis *B* 1. g) Kar. *B* 1. h) rex fluuium Ysaram *B* 1. i) Acceptisque de, *eadem manu superscr.* ab *B* 1. k) Anno — DCCLXXIII. *om. A* 1. l) um — in uilla quę *in loco raso A* 1. m) redisset *A* 1, *quod emendare conatus sum; cf. a.* 785; *p.* 60, *l.* 26; Eratque tunc Karolus in loco qui dicitur Teudonis-villa *Anian.* n) *ita Anian.; om. A* 1. o) apostolici *Anian.* p) id ipsum *Anian.* q) sanctam ecclesiam (*ubi antea:* ob defensionem Romanae ecclesiae) *Anian.* r) *om. Anian.* s) ipsum Rom. *Anian.* t) et — sanctam *om. Anian. B* 1. u) de man. *om. Anian.* v) illius *Anian.* w) ęcclesię *B* 1. x) hunc *Anian.* y) *sic Anian.;* ordinaret *A* 1; ordinauit *B* 1. z) Karolus *Anian.*

1) *Cf. supra p.* 37, *l.* 9. 2) *Vox* arido *in A. r. Fr. desiderata, sed non inutilis, cum veri simile sit scatebram calidi fontis fuisse; cf. Abel-Simson I, p.* 128, *n.* 4. 3) *Cf. supra p.* 51, *n.* 14. 4) *Cf. supra p.* 14, *l.* 1. 5) *Cf. infra a.* 776; *A. r. Fr.:* et recepit obsides XII. 6) *Diedenhofen.* 7) *Hadriani I.* (772—795). 8) *Cf. supra p.* 7, *l.* 16. 9) *Plebis ecclesiasticae ('Gemeinde'); cf. infra a.* 801; *supra p.* 46, *l.* 16. 17. 10) *Cf. supra p.* 45, *l.* 26 *sqq.*

773. suorum voluntatem domni apostolici[a] sé adimpleturum esse cum Dei auxilio devota mente spopondit.

A. r. Fr. Eodemque[b] anno sinodum[c] tenuit in Ianua[d, 1] civitate. In quo conventu exercitum divisit, partem secum retinens, ut per Cenisium[e] montem transiret, partem vero reliquam, cui prefecit Bernehardum[f] avunculum[2] suum[g], cum ceteris fidelibus suis[h, 3] per Iovis montem in Italiam[i] intrare precepit. Desiderius vero[k] immemor benefitiorum Pippini regis[l], per cuius donationem regnum Langobardorum[m] sortitus est[4], sclusas[n] fortiter contra regem Carolum[o] et exercitum[p] eius firmare precepit. Castra metatus est itaque predictus rex Carolus[q, *] é regione sclusarum[r], et vallum quidem[s] Langobardi[t] defenderant[u, 5]. Misit autem per difficilem ascensum montis legionem[v, 6] ex probatissimis propugnatoribus[w, **], qui transcenso monte[x] Langobardos[y] cum Desiderio rege eorum[z, 7] *in fugam converterunt. Carolus[a] vero rex cum exercitu suo per apertas sclusas[b], auxiliante Domino et sancto Petro, in Italiam intravit et[h] ad Papiam civitatem usque pervenit. In qua Desiderio incluso, ipsam civitatem obsedit et vallo firmissimo circumdedit[8]. Et[9] dum propter defensionem sanctae[c] Romanae ęcclesiae eodem anno invitante summo pontifice perrexit[***], dimissa marca contra Saxones, nulla omnino

f. 11c.

*) Igitur rex Karolus castra metatus est *B* 1.
**) Misit autem Carolus legionem ex probatissimis militibus per difficilem ascensum montis *B* 1.
***) ecclesię ibidem resideret *B* 1.

a) pape *B* 1. b) Eodem *Anian.* c) synodum *B* 1. *Anian.* d) Ienua *Anian.* e) cinisium *B* 1. f) Bernardum *B* 1. *Anian.; cf. Vedast.* g) auunc. suum bern. *B* 1. h) *om. Anian.* i) Italia *Anian.* k) rex *add. Anian.* l) *ita B* 1 (pipini). *Anian.;* regis Pippini *A* 1. m) longobard. *A* 1. n) clusas *Anian. Vedast.* o) Karolum *B* 1. *Anian.* p) exercitumque *Anian.* q) Karolus *Anian.* r) clusarum *Anian.* s) Sed vallum Lang. *B* 1; valli, quod *Anian.* t) longobardi *A* 1. u) defendebant *B* 1. v) legationem *A* 1. w) pugnatoribus *Anian.; cf. supra p.* 41, *l.* 5. x) transcensum (transcensu *P. W.*) *Anian.* y) longobardos *A* 1. z) suo *B* 1. a) Kar. *B* 1. *Anian.* b) *sic B* 1; clusas *Anian.;* clausas *A* 1. c) *om. A* 1.

1) *Genf.* 2) *Immo patruum, quem eo aevo saepius avunculi nomine usurpabant; cf. Oelsner, 'König Pippin' p.* 385, *n.* 3. 3) *Id non aptissime dictum. A. r. Fr.:* et misit Bernehardum avunculum suum per montem Iovem cum aliis eius fidelibus. *Similiter ut nostri Regino:* Ipse cum una parte per montem Cinisium perrexit et misit Bernardum avunculum suum cum reliqua parte per montem Iovis. 4) *Cf. supra p.* 49, *l.* 18. 19. 5) *Cf. supra p.* 34, *n.* 1. 48, *n.* 5. 6) *Cf. supra p.* 11, *l.* 14; *Pückert l. l. p.* 159, *n.* 4. 7) *Chron. Anian. addit:* et Oggerio. *Cf. 'N. Archiv' XXV, p.* 177 *sq.* 8) *Cf. supra n.* 5; *Pauli contin. Lombard., SS. rerum Lang. p.* 218; *Abel-Simson I, p.* 148, *n.* 3. 9) *De his insertis* (Et dum propter defensionem — igni tradere voluisset) *cf. quae iudicarunt Waitz, SS. XIII, p.* 704, *n.* 1; *Wibel l. l. p.* 21, *n.* 2. 25—26; *Kurze, 'N. Archiv' XXVIII, p.* 16.

federatione suscepta, ipsi Saxones vero[a] exierunt cum magno 773.
exercitu[b] super confinia Francorum perveneruntque[c] usque ad castrum *A. r. Fr.*
quod nominatur Buriaburgh[d, 1]. Attamen ipsi confiniales[e] de hac causa[f] sollicitis[g], cum hoc[h] cernerent, castellum sunt ingressi. Dum igitur[i] ipsa Saxonum[a] gens seviens[k] cepisset domos forinsecas[l] incendio cremare[m], venerunt ad quandam basilicam in loco qui dicitur Fricdislar[n], quam sanctae memoriae[o] Bonifacius[p] novissimus[a] martir consecravit, atque per spiritum prophetiae[q] predixit, quod numquam incendio cremaretur. Ceperunt autem prefati Saxones cum nimia intentione adversus eandem certare basilicam, quemadmodum eam per quodlibet ingenium igni cremare potuissent*. Dum haec igitur agerentur, apparuerunt quibusdam Christianis, qui erant in castello, similiter et quibusdam paganis, qui in ipso aderant[r] exercitu, duo iuvenes in albis, qui ipsam[a] basilicam ab igne protegebant[s], et propterea ibidem[a] non potuerunt[t] neque interius neque exterius ignem accendere nec aliquod[u] damnum eidem inferre basilicae[a], sed nutu divinae maiestatis[v] pavore perterriti in fugam conversi sunt, nemine persequente[2]. Inventus est autem postea unus ex hisdem Saxonibus[w] mortuus iuxta ipsam basilicam, genibus curvis acclinus[x] supra pedes, habens ignem et ligna in manibus, velut ore flando eandem basilicam igni tradere voluisset[y]. Celebravit autem in hisdem[z] castris[3] natalem[a] Domini et pascha Romae.

774. *Apr. 3.* *A. r. Fr.*

Anno[b] dominicae incarnationis DCCLXXIIII. Revertente cum Dei auxilio, intercedentibus beatis apostolis Petro et Paulo[4], glorioso[c, 5] Carolo[d] rege a Romana urbe, ad[e] Papiam venit ipsamque[f] civitatem[g] cepit et Desiderium regem cum uxore et filia et cum omni thesauro regni sui[h] suae ditioni

*) Ceperunt autem prefati Saxones nimium sevire adversus eandem basilicam, premeditantes, quomodo possent eam comburere *B* 1.

a) *om.* *B* 1. b) impetu *B* 1; *cf. Regino:* Saxones ... in finibus Francorum impetum fecerunt. c) peruenerunt *B* 1. d) buriaburg *B* 1. e) confines *B* 1. f) re *B* 1. g) sollici *corr.* solliciti *B* 1. h) ħ (hec) *A* 1. i) vero *B* 1. k) *sic B* 1. *Ann. r. Fr.; om.* *A* 1. l) *sic A* 1. *B* 1; forinsecus *A. r. Fr.* m) concremare *B* 1. n) fricdilar *A* 1. o) quam sanctus *B* 1. p) bonificius *A* 1; bonefatius *B* 1. q) sanctum *B* 1. r) erant *B* 1. s) defendebant *B* 1. t) poterant *B* 1. u) aliquid *A* 1. — dampnum *B* 1. v) *pro* sed — maiestatis *habet B* 1 Tunc. w) unus Saxo *B* 1. x) *ita A* 1; adclinus *Ann. r. Fr.;* adclinis *B* 1. y) flans ut basilicam combureret *B* 1. z) *sic B* 1. *Vedast.;* isdem *A* 1; iisdem *Anian.* a) *ita A* 1. *B* 1. *Vedast.;* natale *Anian.* b) Anno — DCCLXXIIII. *om.* *A* 1. c) *ita B* 1. *Anian.;* cum — glorioso *desunt A* 1; *cf. 'N. Archiv' XXIV, p.* 415, *n.* 4. d) Kar. *B* 1; rege Karolo *Anian.* e) *om.* *B* 1. f) ipsamque — subegit *om. Anian.* g) *om.* *A* 1. h) omnibus thesauris suis *B* 1.

Nescio, an librarius ea prius initio huius anni referre voluerit (cf. p. 59, *l.* 12. 13*). Commodius inseruntur in Ann. Lob. et in Chron. Vedastino; desunt in Chronico Anianensi, in quo tamen omnino fere nonnisi res ad pontifices Romanos spectantes ex nostris depromptae sunt (cf. Pückert l. l. p.* 115, *n.* 13*).* 1) *Mons Bierberg prope Fritzlar.* 2) *A. r. Fr. hic Vulgatam imitati sunt, Levit.* 26, 17: fugietis nemine persequente. *O. H.-E.* 3) *Scilicet ante Papiam.* 4) *Cf. Pückert l. l. p.* 114. 5) *Cf. supra p.* 51, *n.* 14.

774. A. r. Fr. subegit[1]. Ibique venientes undique Langobardi[a] de singulis *f. 11d. civitatibus Italiae subdiderunt sé dominio et *regimini[b] gloriosi regis[b*] Caroli[c]. Adalgisus vero filius Desiderii fugiens navem intravit et per mare[d] ad Constantinopolim perrexit[e].

cf. Ann. Lauresham. Hactenus[f] autem stetit regnum Langobardorum[g] annis *A. r. Fr.* CCXIIII[2]. Porro gloriosus[h] rex Carolus[i], cuncta[k] Italia subiugata[l] et ordinata, custodia Francorum in Papia civitate dimissa[m] trusoque[n] in exilium Desiderio rege[o] et uxore et filia, ipse cum magno triumpho, auxiliante Domino, in Franciam reversus est[p].

A. r. Fr. Eodem quoque anno[q] cum pervenisset in locum qui dicitur[r] Ingilinhaim[s], misit IIII[t] legiones[3] in Saxoniam. Ex quibus tres cum Saxonibus [pugnam[u]] inierunt et adiuvante Domino victoriam habuerunt[v]. Quarta vero legio[3] bellum non habuit, sed cum magna preda illesi reversi sunt [ad propria[w]]. Celebravit autem natalem Domini eodem anno rex Carolus et 775. *Mart. 26.* pascha in villa quae[x] dicitur Carisiaca*.

A. r. Fr. Anno[y] incarnationis dominicae DCCLXXV.[z] Rex Carolus sinodum habuit in villa quae dicitur Duria. Inde[a] perrexit in Saxoniam et Sigiburgum[b] [4] castrum[c] cepit Herisburgumque[d] reaedificavit. Inde proficiscens super fluvium Wisera castra

*) *B* 1 *ex Chronico Reginonis mutata haec habet:* Celebr. autem rex natalem Domini eodem anno in Carisiaco et pasca similiter.

a) longobardi *A* 1. b) *ita A* 1. *Anian.;* et reg. *om. B* 1. b*) *om. B* 1. c) Karoli *B* 1. *Anian.* d) et per mare *om. Anian.* e) usque peruenit *B* 1. f) Aactenus *A* 1; Hactenus — CCXIIII. *om; Anian. (cf. infra l.* 35*), quod pergit:* Karolus vero Papiam civitatem decem annos (menses, *dubito, num recte, emendare conatus est P; ita et W.)* obsedit. *Verba deinde sequentia* et ita mense Iunio capta est civitas a Francis *ex Annalibus Laureshamensibus (per Chronicon Moissiacense) huc pervenisse iam Waitz monuit.* g) longobard. *A* 1. h) *om. B* 1. i) Karolus *(Anian.)* rex *B* 1. k) tota *B* 1. l) subacta *B* 1. m) civit. dimissa *om. B* 1; cuncta Italia sibi subiugata vel ordinata, custodias Francorum in Papia civitate dimissas *Anian.* n) *sic B* 1. *Anian.;* detrusoque *A* 1. o) et Oggerio *add. Anian.; cf. supra p.* 60, *n.* 7. p) *hic demum Anian. addit:* Sic regnum Langobardorum finivit. Regnaverunt Langobardi annis CCXIIII. *Quae ultima verba* (Regnaverunt — CCXIIII) *item ex Annalibus Laureshamensibus (i. e. ex Chronico Moissiacensi) assumpta esse Waitz iure annotavit.* q) Et (*pro* Eodem — anno) *B* 1. *Regino.* r) locum cuius vocabulum est *B* 1. s) ingilihem *corr.* ingilihiem *B* 1. t) quatuor *B* 1. u) *deest A* 1. *B* 1, *at* pugnam *sive* pugnas *supplendum esse Lob., Vedast. et A. r. Fr. docent.* v) optinuerunt *B* 1. w) ad propria *om. A* 1. x) q̊ (que) *A* 1. y) Anno — DCCLXXV. *om. A* 1. z) V *in loco raso, in quo plures numeri scripti erant B* 1. a) Dehinc *B* 1. b) sigurgum *B* 1. c) castra *A* 1. d) heriburgumque *B* 1.

1) *Hoc parum apte dictum; A. r. Fr.:* iterum ad Papiam pervenit, ipsam civitatem coepit et Desiderium regem cum uxore et filia vel cum omni thesauro eius palatii. 2) *Annales Laureshamenses (Mosellani):* Et regnaverunt Langobardi, ut ipsi autumant, annos CCXIIII. 3) *Cf. supra p.* 11, *n.* 3. 4) *Hohen-Syburg ad confluentes fluviorum Ruhr et Lenne.*

posuit in loco qui dicitur Brunisberg[a, 1]. Ibi preparaverunt 775.
Saxones[b], ut armis traiectum fluminis defenderent*. Sed *A. r. Fr.*
Franci, donante Domino[c], transito flumine multos Saxones[d] occiderunt, ceteris in fugam conversis[e]. Rex vero partem exercitus sui ibi relinquens[f] perrexit usque[g] Ovacrum fluvium. Ibi una pars Saxonum, quae dicitur Hostfali[h], cum optimatibus suis ad ipsum[i] venerunt[k], sacramentaque et obsides dederunt, iurantes se fideles esse partibus Caroli**. Inde proficiscente rege, venerunt[k] ad eum altera pars Saxonum[l], qui dicuntur[m] Angrari[n], in locum[o] cui vocabulum est Bucki[p, 2], una cum Bruntione[q, ***, 3] et reliquis optimatibus eorum. Ibi dederunt et ipsi obsides et sacramenta[4], sicut et Austrasii, ut semper regi Carolo et Francis fideles essent. Inde† revertens pervenit ad partem exercitus sui, quam super fluvium Wisera dimiserat[5]. Qui etiam interim[6] pugnam cum Saxonibus

*) Tunc Saxones armis defendere transitum fluminis conati sunt *B* 1.

**) iurantes amodo se fore fideles domino Karolo regi *B* 1.

***) duce suo *add. B* 1 *ex Chronico Reginonis.*

†) *In B* 1 *praecedentia mutata, sequentia ex Chronico Reginonis exscripta sunt:* optimatibus, dederunt obsides et iuraverunt se amodo regi Carolo et Francis esse semper fideles. Interea Saxones cum Francis, qui super fluvium Wisaram remanserant, pugnam inierunt, et Deo largiente Franci victoria potiti multos[7] ex eis occiderunt. Hęc audiens rex, iterum super Saxones cum exercitu irruens multam stragem fecit et predam copiosam cepit super Westphalos; sicque coacti iterum[8] obsides dederunt. Obsidibus itaque receptis et preda multa capta rex in Franciam est reversus. Ubi nuntiatum est ei, quod Rohtgaudus Langobardus postponens fidem et sacramenta adversus eum rebellare disponeret. Statim versus Italiam[9] iter arripuit et celebravit natalem Domini in villa que dicitur Sclezistat in Elisatio.

a) brunisberc *B* 1. b) praeparabant Sax. bellum *A. r. Fr.* c) don. Dom. *om. B* 1. d) ex eis *B* 1. e) versis *B* 1. f) derelinquens *B* 1. g) usque ad *B* 1. h) *ita A* 1; Hosfali *Lob.;* qui dicuntur uuesphali *B* 1. i) eum *B* 1. k) venit *B* 1. l) *om. B* 1. m) que dicitur *B* 1. n) *ita A* 1; angari *B* 1; Agrari *Lob.;* Angrarii *Ann. r. Fr.* o) loco *B* 1. p) *sic B* 1. *Ann. r. Fr.;* bucch *A* 1. q) biuntione *A* 1.

1) *Locus nunc desertus supra Höxter.* 2) *A. r. Fr.:* in pago, qui dicitur Bucki *(regione circa oppidum Bückeburg sita).* 3) *A. r. Fr.:* Brunone. 4) *Cf. Ann. q. d. Einhardi:* obsides ac sacramenta dederunt. 5) *Cf. supra l.* 5. *Ann. q. d. Einhardi:* pars exercitus, quam ad Wisuram dimisit. 6) *Cf. Ann. q. d. Einh. et Reginonis chron.:* (Interea). 7) *Regino:* et plures ex Saxonibus interfecti sunt. 8) *Haec vox perperam addita, quoniam supra l.* 6. Wesphali *pro* Hostfali *lectum.* 9) versus Italiam *ex Ann. Mett. prior. insertum.*

A. r. Fr. *f. 12a. habuerunt in loco qui dicitur Litach[a, 1], sed *Franci victores 775. plurimos ex ipsis occiderunt. Hoc audiens rex Carolus irruit super reliquos qui remanserant Saxones et percussit eos plaga magna[2]. Sic tandem tertia pars Saxonum, qui dicuntur Wesfali[b, 3], compulsi obsides et sacramenta dederunt, sicut ceteri Saxones fecerant. Sicque victor Carolus ad propria reversus est. Audiens autem, quod Rotgaudus dux Foroiuliensium, quem ipse sibi[4] prefecerat, fidem suam fraudaret et sacramenta, quae iuraverat, postposuisset[5], cum magna festinatione[6] intravit in Italiam. In quo itinere cęlebravit natalem Domini in villa quae dicitur Scletistat[7].

776. Anno[c] dominicae incarnationis DCCLXXVI. Carolus rex ingressus Italiam* ad Papiam civitatem venit[8]. (A. r. Fr.) Inde[d] sub festinatione[9] partibus[e] Foroiuliensium iter fecit[f], inprovisumque Rautgaudium[g] occupans interemit, et in Tarvisio[h, 10] (Apr. 14.) civitate pascha celebravit, et captis civitatibus Foroiulen[i] atque Tarvisio, dispositisque in illis partibus quae necessaria fuerant[11], victor in Franciam reversus est.

A. r. Fr. Eodem anno Saxones solito more cuncta quae promiserant mentiti sunt. Herisburgum castrum conquisierunt et usque solum murum eius destruxerunt, sed custodia Francorum, quae ibi fuerat, incolomis[k] in patriam pervenit[12].

*) Karolus rex, ut prediximus *B* 1.

a) Lidbach *Ann. r. Fr.*; liddach *codex D* 1. b) *ita A* 1. *Lob.* c) Anno — DCCLXXVI. *om. A* 1. d) et *B* 1. e) in part. *B* 1. f) direxit *B* 1. g) *ita A* 1; Rotgaudum *Lob.*; rohtgaudum *B* 1; *cf. et supra l.* 7. h) taruiso *h. l. A* 1. i) *sic A* 1; Foroiulem *Ann. r. Fr.* k) in coloniis *A* 1.

1) *Lübbecke oppidum inter Minden et Osnabrück.* 2) *Cf. supra p.* 26, *l.* 1. 2 *(Ann. Petav.).* 3) *Cf. 'N. Archiv' XXIV, p.* 415, *n.* 3. 4) *I. e. Foroiuliensibus. Ann. q. d. Einh. a.* 776: Hruodgaudum Langobardum, quem ipse Foroiuliensibus ducem dederat. 5) *Cf. supra p.* 48, *l.* 6. *Regino:* postponens fidem et sacramenta. 6) *Ann. q. d. Einhardi a.* 776: Ad quos motus comprimendos cum sibi festinandum iudicaret — — eadem, qua venerat, velocitate reversus est; *cf. Pückert l. l. p.* 166 *sq.* 7) *Schlettstadt in Alsatia.* 8) *Ita soli hi annales, sed Karolum in regionem Foroiuliensem festinantem iter Papiam direxisse prorsus a veri simili abhorret, quare* Papiam *ex* Patavium *sive* Paduam *depravatum crediderim.* 9) *Cf. supra n.* 6. 10) *Treviso.* 11) *Cf. supra p.* 18, *l.* 23; *infra a.* 779. 782. 783. 799. *et praesertim* 803, *ubi similia non semel occurrunt; 'N. Archiv' XXIV, p.* 403, *n.* 3. 12) *A. r. Fr. Saxones praesidio Francorum dolose, ut castrum desereret, persuasisse; Ann. q. d. Einh. idem a Saxonibus expulsum, incolume in patriam rediisse soli nostri tradunt. Quamquam similiter Regino, SS. r. G. p.* 50 *sq.:* Interea Saxones . . . fraudulenter Francis suadent, ut de castro exeant et cum pace in patriam pergant.

Inde ad Herisburgum[1] proficiscentes Saxones simili modo ipsum castrum multis machinis preparatis destruere decreverunt, sed fortiter a nostris contra ipsos pugnatum est. In quo certamine magnum miraculum Deus manifestare dignatus est[2]. Nam pugnantibus Saxonibus apparuerunt supra ipsam basilicam, multis et foris et ab intus videntibus, duo scuta ingentia ignei[a] coloris suspensa in[b] aere, ipsam ecclesiam defendentes[c]. Tunc irruit super ipsos pavor et timor[3], ita ut derelicto monte, dum ad vallem fugam inirent, plurimi aversi sociorum armis sint[d] perfossi. Hoc cernentes Franci, ex castris prorumpentes, insecuti sunt eos interficientes usque Lippiam flumen, spoliisque innumerabilibus[4] onusti in castrum reversi sunt. Cum autem venisset *rex Carolus ad Wormaciam civitatem et Saxonum facta audisset, congregato in eodem oppido conventu Francorum[5], sub nimia celeritate sumpto exercitu Saxoniam penetravit. In cuius adventu Saxones perterriti ad Lippiae fontem[6] ex omni parte ad regis presentiam pervenerunt et patriam opesque suas sibi tradiderunt. His rite peractis[7] Carolus Herisburgum[e] castrum denuo reparari iussit castrumque aliud super fluvium Lippia. Ibique venientes denuo Saxones cum uxoribus et liberis, fidem petentes. In quo loco innumerabilis multitudo ex illis baptizata est, obsidibusque quot voluit[8] rex acceptis, perfectis castellis et dispositis in eis Francorum custodiis, victor reversus est in Franciam, et celebravit natalem Domini in Heristallio, pascha vero in villa quae dicitur Niumaga.

776. A. r. Fr.

*f. 12b.

777. Mart. 30. A. r. Fr.

Anno[f] dominicae incarnationis DCCLXXVII. Rex Carolus conventum Francorum habuit iuxta fontem qui dicitur Patrebrunna[9]. Ad quod placitum omnes Saxones venerunt, exceptis paucis rebellibus, quorum princeps Witing[g] erat[10], qui ad Nordomannos confugium fecerunt. Ad eundem quoque

a) *sic ex Lob. emendavi;* videntibus fugentia ignis *A* 1. b) *sic Lob.; om. A* 1; *cf. Ann. r. Fr.:* et dicunt vidisse instar duorum scutorum colore rubeo flammantes; *'N. Archiv' XXIV, p.* 411. c) defensantes *Lob.* d) sunt *A* 1. e) Ærisburgü *h. l. A* 1. f) Anno — DCCLXXVII. *om. A* 1. g) *sic A* 1; *sed cf. a.* 785. *A* 3.

1) *Immo Sigiburgum. Idem error in Reginonis chron. l. l. p.* 51; *cf. etiam A. r. Fr. ed. Kurze p.* 44; *Wibel l. l. p.* 62, *n.* 1. *Ann. Lob. recte cum A. r. Fr.:* et cum Sigiburgum similiter facere vellent. 2) *Cf. supra p.* 37, *l.* 9. 3) *Cf. Luc.* 1, 12: timor irruit super eum; *Exod.* 15, 16: Irruat super eos formido et pavor. *O. H.-E.* 4) *Cf. supra p.* 10, *l.* 14. 5) *Cf. supra p.* 52, *l.* 24. 6) *Lippspringe; cf. Ann. q. d. Einh.; infra a.* 780. 804. 7) *Cf. supra p.* 14, *l.* 1. 8) *Cf. supra p.* 59, *l.* 10. 9) *Cf. Wibel l. l. p.* 24, *n.* 3. 10) *Cf. infra a.* 782: preter paucos rebelles, quibus Witigindus princeps preerat.

777. A. r. Fr. placitum de Hispania quidam principes Sarracenorum venerunt, Ibinalardi[a. 1] et Withseui[b], qui Latine Ioseph nominabatur[2]; ibi[c] sé cum omnibus quos regebant[d] ditioni domni[e] regis Caroli[f] subdiderunt[3]. In qua sinodo etiam innumerabilis[4] turba Saxonum per manus sacerdotum baptizata est, et secundum legem et consuetudinem eorum ingenuitatem et possessionem eorum regi Carolo per manus in pignus tradiderunt, ut, si amplius mutassent fidem eorum, in servitium sempiternum perdita hereditate incidissent. Inde rex cum victoria una cum fidelibus reversus celebravit natalem
778. Apr. 19. Domini in villa quae dicitur Dotiacus[5] et pascha in Aquitania in villa quae appellatur Cassinaghilo[6].

Anno[g] dominicae incarnationis DCCLXXVIII. Rex Carolus motus precibus, immo[7] quęrelis Christianorum[8], qui erant in Hispania sub iugo sevissimorum[9] Sarracenorum, exercitum in Hispaniam duxit; ipse scilicet cum manu valida[10] per Aquitaniam pergens, iuga Pirinei
A. r. Fr. montis transcendens[11], ad Pampilonam[h] urbem pervenit. Pars autem non modica exercitus de Austria, Burgundia, Bavaria seu Provincia et Langobardia[i] per Septimaniam pro-
*f. 12c. ficiscentes *ad Barcinonam civitatem pervenerunt[12]. His

a) Ibin al Arabi *Ann. r. Fr.* b) filius Deiuzefi *Ann. r. Fr.* c) ibique *B* 2; et *B* 1. d) *sic et B* 2; omnibus suis *B* 1. e) *om. B* 1. 2. f) Karoli *B* 1. 2. g) Anno — DCCLXXVIII. *om. A* 1. h) pappilonam *h. l. A* 1. i) longobardia *A* 1.

1) *Qui praefectus Barcinonae Gerundaeque fuisse videtur.* 2) *Iussuf.* 3) *Cf. supra p.* 2, *l.* 10. 11. *Ann. q. d. Einhardi:* Venit eodem in loco ac tempore ad regis praesentiam de Hispania Sarracenus quidam nomine Ibin al Arabi cum aliis Sarracenis sociis suis, dedens se ac civitates, quibus eum rex Sarracenorum praefecerat; *cf. Abel-Simson I, p.* 286 *sqq. Novissime René Basset, 'Revue historique' LXXXIV, p.* 294 *sq., testimonia Arabum de Karoli expeditione in Hispaniam collegit.* 4) *Cf. supra p.* 10, *l.* 14. *A. r. Fr.:* et secundum morem illorum omnem ingenuitatem et alodem manibus dulgtum fecerunt, si amplius inmutassent secundum malam consuetudinem eorum, nisi conservarent in omnibus christianitatem vel fidelitatem supradicti domni Caroli regis et filiorum eius vel Francorum. *Ann. q. d. Einhardi:* in tantum se regis potestati permisere, ut ea condicione tunc veniam accipere mererentur, si ulterius sua statuta violarent, et patria et libertate privarentur. 5) *Douzy prope Sedan (Ardennes).* 6) *Chasseneuil ad fluvium Clain prope Poitiers (Vienne).* 7) *Hac particula aliquando utuntur; cf. infra a.* 781. 783. 8) *Cf. Abel-Simson, 'Jahrbücher' I, p.* 290—292. *II, p.* 77. 9) *Cf. supra p.* 29, *l.* 2 (seva gens Sarracenorum). 10) *Cf. supra p.* 27, *l.* 21. 11) *Ann. q. d. Einhardi:* superatoque in regione Wasconum Pyrinei iugo. 12) *Cf. 'N. Archiv' XXIV, p.* 402 *(ubi tamen bis perperam* Emir *pro* Wali *positum).*

innumerabilibus[1] legionibus[2] tota Hispania[a] contremuit. Coniunxerunt autem se uterque exercitus ad Cesaraugustam munitissimam[3] urbem; in qua expeditione obsidibus receptis ab Abinolarbi et Apotauro[b. 4], Pampilona firmissima civitate capta[5] atque destructa, Hispanis, Wasconibus et Nabarris[c] subiugatis[d], victor in patriam reversus est. Cum audissent autem Saxones, quod exercitus Francorum in Hispaniam perrexisset, persuadente perfido[6] Witicindo[e] et sociis eius, postposita[7] fide, quam promiserant, in fines Francorum irruperunt iuxta Hrenum[f] fluvium vastantes, multas ęcclesias incendentes, plurimaque scelera comiserunt. Contra quos sub celeritate Carolus rex exercitum misit. Hoc cum Saxonibus nuntiatum esset, fugam inierunt iuxta fluvium cuius vocabulum est Adarna[8], in loco qui dicitur Lehesis[g. 9]. Ibi prelio commisso Francorum victoria fuit, ceciditque de Saxonibus multitudo maxima, ceteri turpiter[10], preda amissa, fuga lapsi cum contumelia reversi sunt ad propria. Celebravit autem rex natalem Domini et pascha in villa quae dicitur Heristallio.

778. *A. r. Fr.* — 779. *Apr.* 11.

Anno[h] dominicae incarnationis DCCLXXVIIII. Carolus rex conventum habuit Francorum[11] in Duria[i]. In quo etiam placito[12] Hildebrandus dux Spolitanus[k] cum multis muneribus et donariis[13] venit. In eodemque conventu dispositis his quae necessaria erant[14], partibus Saxoniae iter direxit, ad Lippiheam[l. 15] pervenit. Transiectoque Reno, Saxones illi resistere conantes in loco qui dicitur Bocholts[16], sed

A. r. Fr.

a) *ita A* 1. *Lob.;* Hisp. tota *B* 1. b) á babinolarbi et á potauro *A* 1. c) *ita A* 1. *B* 2; Navarris *B* 1. *Lob.* d) *sic B* 1 *(forte ex Reginone). Lob.;* subiugatos *Ann. r. Fr.;* subactis *A* 1. e) *sic h. l. A* 1. f) herenum *A* 1. g) Lihesi *Ann. r. Fr.* h) Anno — DCCLXXVIIII. *om. A* 1. i) *ita A* 1; *fortasse supplendum* in villa quae dicitur Duria (*vel* in Duria villa publica); in villa Duria *Lob.; cf. supra p.* 40, *l.* 6. 7; 51, *l.* 6. k) Spolitinus *Lob.* l) limpiheam *A* 1.

1) *Cf. supra p.* 10, *l.* 14. 2) *Cf. supra p.* 11, *l.* 14. 3) *Cf. supra p.* 28, *l.* 19. 4) *A. r. Fr.:* de Ibin al Arabi et de Abutauro *(Abu Taher), praefecto Oscae (Huesca).* 5) *Quam capere iam non opus fuit; cf. Abel-Simson I, p.* 296 *sqq.* 303. 6) *Cf. supra p.* 28, *l.* 10. 7) *Cf. supra p.* 48, *l.* 6. 8) *Eder.* 9) *Leisa.* 10) *Vox, qua facile careremus (v. paulo post* cum contumelia*), forsitan ex fonte deperdito repetita.* 11) *Cf. supra p.* 52, *n.* 15. 12) *Error, qui etiam in Ann. Lob. transiit. Dux secundum A. r. Fr. et Ann. q. d. Einh. iam antea Virciniaci (Verzenay prope Reims esse videtur) — non Compendii, ut Regino non minus neglegenter refert — regi occurrit.* 13) *Cf. supra n.* 10. 14) *Cf. supra p.* 13, *l.* 6. 7. 15) *Ad confluentes Lippiae et Rheni; cf. Abel-Simson II, p.* 588 *sq.; Cont. Fredeg. c.* 19, *SS. rerum Merov. II, p.* 177 (in loco ubi Lippia fluvius Renum amnem ingreditur). 16) *A. r. Fr.:* Bohholz *(Bocholt ad fluvium Aa e septentrione urbis Wesel).*

779. A. r. Fr. auxiliante Domino non prevaluerunt, derelictisque munitionibus in fugam conversi sunt, et Francis via aperta est. Introeuntesque in Westfalos[a], quae, ut diximus[1], tertia pars Saxonum est, conquisierunt eam, reliqui ultra Wiseram fluvium fugerunt[2]. Cum autem pervenisset rex in locum qui dicitur Medofulli[3], ibi dederunt Saxones obsides et sacramenta. His omnibus rite peractis[4] gloriosus rex Carolus reversus est in Franciam, cele-
780. Mart. 26. bravitque natalem Domini et pascha in Wormatia.

A. r. Fr. Anno[b] dominicae incarnationis DCCLXXX. Carolus rex adunato universali[5] exercitu Francorum ad Heresburgum in Saxoniam perrexit, conventumque habuit ad fontem Lippiae[6]. Inde iter peragens partibus Albiae perrexit ad pagum quod[c] dicitur Bordingavich[c, 7], subactisque habitatoribus
*f. 124. regionis[d] illius, *pervenit ad locum qui dicitur Orchaim[8]. In quo loco multi aquilonales Saxones[9] baptizati sunt. Inde pergens castra metatus[10] est in loco, ubi Iora[e, 11] fluvius confluit in Albiam, ibique Saxonum et Sclavorum causis dispositis, reversus est in Franciam.

Eodem anno orationis causa partibus Romanae urbis iter direxit una cum uxore sua Hildegarde regina, et celebravit natalem Domini in Papia civitate.

781. Anno[f] dominicae incarnationis DCCLXXXI. Caro-
A. r. Fr. lus rex á Papia exiens, in qua natalem Domini cęlebravit[12],
Apr. 15. Romam pervenerat et in eadem urbe pascha cęlebravit, ibique baptizatus est filius eius Pippinus, suscipiente ipsum, a quo et baptizatus est, de sacro fonte Adriano papa.

A. r. Fr. Eodem tempore duo filii regis uncti sunt in reges á supradicto pontifice, Pippinus scilicet in regem Langobardorum[g], Lodowicus vero in regem Aquitaniorum[13]. Revertente vero

a) Wastfales *A* 1. b) Anno — DCCLXXX. *om.* *A* 1. c) *sic* *A* 1. d) regiois, *signo compendii omisso,* *A* 1. e) *sic et codex B* 2 *Annalium r. Fr. pro* Ora. f) Anno — DCCLXXXI. *om.* *A* 1. g) longobardorum *A* 1.

1) *Cf. supra p.* 64, *l.* 4; *infra a.* 801. 804 (ut supra diximus). 785 (Ut prediximus); *supra p.* 16, *l.* 9. 2) *Hic verba A. r. Fr.:* reliqui, qui ultra Wisora fuerunt *etc. in nostris depravata; cf. Ann. q. d. Einhardi* (Angrarii et Ostfalai). 3) *Locus ad Visurgim situs, qui iam non extat.* 4) *Cf. supra p.* 14, *l.* 1. 5) *Cf. supra p.* 13, *l.* 13. *Ann. q. d. Einhardi:* cum magno exercitu. 6) *Cf. supra p.* 65, *l.* 17. 7) *Pagus Bardengau in sinistra ripa Albis circa vicum Bardowiek prope Lüneburg situs.* 8) *Ohrum ad Ovacrum fluvium.* 9) *A. r. Fr.:* multi de Nordleudi *(i. e. Saxonibus Transalbianis).* 10) *Cf. supra p.* 17, *l.* 16. 11) *Ohre.* 12) *Quod modo dictum, cf. l.* 20. 21. 13) *Haec nostri accuratius quam A. r. Fr. dicunt; cf. Brunner, 'Deutsche Rechtsgeschichte' II, p.* 15 *sq.*

ipso de eodem itinere, baptizata est filia eius Gisla ab archie- *781. A. r. Fr.* piscopo Mediolanensis[a] civitatis nomine Thoma, qui etiam á sacro fonte baptismatis eam suscepit. Inde reversus est rex cum magna leticia[1] in Franciam.

Eodem quoque anno misit venerabilis Adrianus missos *A. r. Fr.* suos[2] ad Tassilonem ducem Bavariorum, Formosum et Damasum episcopos, una cum missis his regalibus, Riculfo diacono et Evrehardo[b, 3] magistro pincernarum, ad commonendum eum, immo[4] etiam contestandum, ut reminisceretur priscorum sacramentorum, quae Pippino et Carolo regi promiserat, ut ei fidelis in omnibus esset, et ad suam presentiam veniret. Tassilo vero consentiens iussioni pontificis, acceptis tamen á Carolo rege obsidibus, ad Wormaciam civitatem in presentiam regis pervenit. Ibique renovatis sacramentis, quae domno Pippino regi olim iuraverat, redditisque obsidibus per manus Sinberti[c] episcopi[5], quos á rege acceperat[6], et á sua parte aliis obsidibus duodecim[d] datis, direxit eum in patriam cum honore[7]. Eodem anno celebravit rex natalem Domini et pascha in villa Carisiaca. *782. Apr. 7.*

Anno[e] dominicae incarnationis DCCLXXXII. Carolus *A. r. Fr.* Renum transiens ad Coloniam Saxoniam *penetravit, et habuit **f. 13a.* generalem conventum Francorum[8] in loco, ubi Lippa[f] consurgit[9]. Ibique ad ipsum Saxones venientes suam voluntatem in omnibus facere spoponderunt, preter paucos rebelles, quibus Witigindus[g] princeps preerat[10]. In quo conventu etiam missi Nordomannorum, id est Sigisfredi regis, Helptane[h, 11] videlicet cum sociis suis, et[i] alia parte venerunt missi Avarorum[k], á cagano et iocurri[l] principibus[12] directi. Ergo rite ibi omnibus dispositis[13] victor in patriam reversus est. Sed

a) *sic Lob.;* Modiolanensis *A* 1. b) Eurebardo *A* 1. c) Isinberti *A* 1. d) XII duodecim *A* 1. e) Anno — DCCLXXXII. *om. A* 1. f) *sic et codex B* 2 *Annalium r. Fr.* g) *sic A* 1. h) Halptani *Ann. r. Fr.* i) ex *supplendum esse conicio.* k) ayarorum *A* 1. l) iugurro *Ann. r. Fr.*

1) *Cf. supra p.* 25, *l.* 8. 2) *In A. r. Fr. legis:* Et tunc missi sunt duo missi ab apostolico supradicto, hi sunt Formonsus et Damasus episcopi *etc. Quare vix dubito, quin* suos *ex* duos *depravatum sit.* 3) *A. r. Fr.:* Eborhardum. 4) *Cf. supra p.* 66, *l.* 14. 5) *Ratisbonensis* (756—791). 6) *Id alibi non commemoratur. A. r. Fr. dumtaxat scribunt:* qui et ipsi obsides *(sc. a Tassilone dati)* recepti sunt in Carisiacum villa de manu Sinberti episcopi; *cf. Ann. q. d. Einhardi.* 7) *Cf. supra p.* 44, *l.* 23. 8) *Cf. supra p.* 52, *l.* 24. 9) *Lippspringe.* 10) *A. r. Fr.:* excepto rebellis Widochindus *(cf. supra p.* 65, *l.* 30*)*. 11) *A. r. Fr.:* Halptani. 12) *Ann. q. d. Einhardi:* et quos ad se Caganus et Iugurrus principes Hunorum . . . miserunt. 13) *Cf. supra p.* 13, *l.* 6. 7.

782. *A. r. Fr.* ipso reverso, suadente perfido[1] Witigindo[a], Saxones solito more mentiti sunt. Et ignorante rege[2] missos suos, Adalgisum[3] et Gailonem[4] et Wogratum[b, 5], quos[c] cum parte exercitus Francorum direxit in Saxoniam, ut, acceptis ex his bellatoribus, perrexissent pariter super Sclavos, qui in illis partibus rebelles erant. Hoc perfidi[1] Saxones cernentes irruerunt[6] super Francos, crudelique prelio commisso ex utraque parte multi vulnerati ceciderunt[7]. Inter quos etiam Adalgisus et Gailo in monte qui dicitur Sundal[8] occubuerunt. Hoc audiens rex Carolus cum his, quos sub celeritate coniungere potuit, Renum transiens Saxoniam penetravit et pervenit ad locum, ubi Alera et Wisera flumina confluunt. In quo loco supplices Saxones undique ad illum venerunt et omnes illos malefactores, qui illud iniquum[d] consilium perpetraverant, regi tradiderunt ad occidendum, viros quasi IIII^or milia D[e]. Quod ita et factum est. Witigindus tamen, auctor criminis, ad Nordomanniam confugium fecit[9]. Victor vero rex Carolus in Franciam reversus est, et celebravit
783. *Mart. 23.* natalem Domini in villa quae dicitur Teodonis et pascha similiter.

A. r. Fr. Anno[f] ab incarnatione Domini DCCLXXXIII.
Apr. 30. Bonae memoriae Hildegardis regina obiit pridie Kal. Maii, sepultaque[g] est iuxta Metensem urbem[h] in basilica* beati Arnulfi confessoris[10].

A. r. Fr. Eodem anno Saxones rebelles extiterunt. Contra quos rex Carolus signa direxit, et pervenit in locum qui dicitur Teutmalli[i]. In quo loco Saxones in aciem irruentes[11] contra Francos pugnam inierunt, sed auxiliante Domino Carolus
cf. Ann. Lauresham. victor extitit. In quo bello multa[k] milia Saxonum ceciderunt[12],
A. r. Fr. ita ut pauci fugam[l] evaderent. Inde iter cepit[m] rex, ad Patre-

*) *B* 1 *add.:* apostolorum et.

a) Witingindo *h. l. A* 1. b) Woradum *Ann. r. Fr.* c) quos *delendum.* d) iniqū (iniquium) *A* 1. e) *sic Ann. r. Fr.;* L *A* 1; IIII milia D viros *Lob.* f) Anno — DCCLXXXIII. *om. A* 1. g) et sepulta *B* 1. h) urbem Mettensem *B* 1. i) eutmalli *A* 1. k) malta *post corr.* multa *A* 1. l) *ita A* 1. *Ann. r. Fr.* m) itinere coepto *A* 4*.

1) *Cf. supra p.* 28, *l.* 9. 10. 2) *Scilicet Saxones iterum a fide defecisse.* 3) *Camerarium.* 4) *Comitem stabuli.* 5) *Comitem palatii.* 6) *Immo missi Karoli super Saxones irruerunt; cf. supra p.* 53, *n.* 5; *infra a.* 783. 784; *'N. Archiv' XXIV, p.* 404. 7) *Non ut A. r. Fr. audacter et fallaciter Francos vicisse perhibent; cf. 'N. Archiv' l. l.; Wibel l. l. p.* 242. 8) *Süntel.* 9) *Cf. supra p.* 12, *l.* 7. 10) *Cf. supra p.* 57, *n.* 9. 11) *A. r. Fr.:* Ibi Saxones praeparaverunt pugna in campo, qui viriliter domnus Carolus rex et Franci solito more super eos inruentes; *cf. supra n.* 6. 12) *Ann. Lauresham. (Mosellan.):* et ceciderunt ex parte Saxonum multa milia.

brunnam pervenit. Adunatoque *et aucto exercitu[1] inde pro- *A. r. Fr.* *f. 13b.
ficiscens super fluvium Hasa[a] castra posuit. In quo loco 783.
Saxones iterum recuperatis viribus[b] pugnam inierunt[c] cum
Francis; sed suis fidelibus Dominus[d] victoriam tribuens,
plurima in eo bello multitudo Saxonum prostrata est[e]. Inde
proficiscens rex Carolus[f] Wiseram fluvium[d] transiit et pervenit
ad[g] Albiam fluvium, cunctisque bene dispositis atque ordinatis[2], rex in Franciam reversus est.

Eodem anno beatae memoriae[h] domna Bercta[i] regina obiit *A. r. Fr.*
in monasterio Cauciaco[k] IIII[to] Idus[l] Iulii. Inde translata *Iul.* 12.
est in pagum Parisiacum, sepultaque est in basilica[m]
sancti Dionisii martiris iuxta sepulturam[n] viri sui,
gloriosi Pippini[o] regis[3]. Porro Carolus[f] cum triumpho[4]
in Franciam reversus[5] pervenit ad Wormaciam[p] urbem, in qua *A. r. Fr.*
sociavit sibi in matrimonium[p*] preclaram Fastradam[q] reginam. Inde-
que pergens cęlebravit natalem Domini et pascha[r] in villa quae 784. *Apr.* 11.
dicitur[s] Heristallio.

Anno dominicae incarnationis DCCLXXXIIII.[t] *A. r. Fr.*
More solito iterum Saxones rebelles apparuerunt cum aliqua
parte Fresonum. Hac causa conperta[u] precellentissimus[d. 6]
rex Carolus[v] cum generali exercitu Francorum, trans-
iecto[w] Reno[x] in loco qui dicitur Lippieham[y. 7], Saxoniam
vastat et pervenit ad Hucculvi[8]. In quo[z] consilio inito, propter
nimias inundationes aquarum, quae tunc erant[9], ipse[a] rex per
Toringiam[b] á parte orientali super Ostfalos[c] irruit, primogenitum
vero[d] filium suum cum reliqua exercitus parte[e. 10] super

a) Basa *A* 4*. b) viribus *bis script.* *A* 1. c) committunt *A* 4*. d) *om.* *A* 1. e) plurimi Saxonum in eo bello sunt prostrati *A* 4*. f) Karolus *A* 4*. g) *om.* *A* 1; et ad Albiam fluvium pervenit *A* 4*; ad Albiam fluvium usque pervenit *Ann. r. Fr.* h) beatae mem. *om.* *A* 1; *cf. etiam Vedast.* i) *sic* *A* 4* *(cf. supra p.* 57, *l.* 8*)*; berta *A* 1. *Lob. Vedast.* k) *sic* *B* 1. 2; cautiaco *A* 1; Causiaco *A* 4*. l) id[b] *A* 1. m) basilicam *A* 4*. n) sepulchrum *A* 4*. o) Pipini *A* 4*. p) Vurmaciam *A* 4*. p*) ū *e corr.* *A* 1. q) Fasteradam *A* 4*. r) et pascha *om.* *A* 4*. s) in — dicitur *om.* *A* 1. t) Anno — DCCLXXXIIII. *om.* *A* 1; DCCLXXXIIII. *in marg. post add.* *A* 4*. u) c̄perto *statim corr.* c̄perta *A* 1. v) Karolus *A* 4*. w) traiecto *A* 1. x) Rheno *A* 4*. y) *sic* *A* 4*; limpieham *A* 1; *cf. supra p.* 67, *l.* 24. z) *ita* *A* 1. 4*; loco *forte supplendum.* a) *om.* *A* 4*. b) torongiam *A* 1. c) ostfales *A* 1; Postfalos *A* 4*; *cf. supra p.* 63, *l.* 6. d) et primog. *A* 4*. e) parte exerc. *A* 4*.

1) *Ann. q. d. Einhardi:* adunatis, quae tum ad se venerant, quasque ante secum habebat, Francorum copiis. 2) *Cf. supra p.* 13, *l.* 6. 7. 3) *Cf. supra p.* 57, *n.* 9. 32, *l.* 7. 8; *Einhardi V. Karoli M. c.* 18. 4) *Cf. supra p.* 27, *l.* 35 *sqq.* 5) *Hoc inutiliter iteratum, cf. supra l.* 8; *'N. Archiv' XXIV, p.* 418; *Wibel l. l. p.* 25, *n.* 1 *(ubi pro* 800 *potius* 783 *ponendum).* 6) *Cf. supra p.* 2, *l.* 14. 7) *Ann. q. d. Einhardi:* cum exercitu in loco qui Lippeham vocatur Rhenum traiecit. 8) *Oppidum Petershagen, olim Hockeleve, ad fluvium Visurgim infra Mindam situm, esse videtur.* 9) *Ann. q. d. Einhardi:* propter nimias aquarum inundationes, quae tum . . . acciderant. 10) *Ann. q. d. Einhardi:* cum parte exercitus; *cf. Pückert l. l. p.* 159, *n.* 4.

784. A. r. Fr. Westfalos misit. Ipse vero cepto itinere per Toringiam[a] usque ad fluvium Albiam pervenit, et[b] inde usque ad Stainfurd[c, 1], inde Scahuningi[2] pervenit. Ibi quoque contione cum Francis habita[3] et victoria perpetrata[4], in Franciam reversus est. Westfali[d] vero adunata manu valida[5] contra Carolum[e] filium[f] magni regis Caroli[g] aciem dirigunt[6] super fluvium Lippiam[h], bellumque acerrimum[i] commissum est. In quo auxiliante Domino Carolus[k] victor extitit, interfectisque plurimis[l], immo[7] innumerabilibus[m, 8] Saxonibus[n], cum triumpho[9] ad genitorem suum in Wormaciam[o] civitatem reversus est. In qua urbe consilio inito cum optimatibus suis, hiemali tempore iter in Saxoniam fecit, et celebravit natalem Domini iuxta castrum[10] Scidrioburg[p, 11] in pago Waizzagauu[q, 12] super fluvium Ambra[r, 13] in villa Leuhidi[s, 14].

784. A. r. Fr. Anno dominicae incarnationis DCCLXXXV.[t] Ut prediximus[15], Carolus[u] rex Saxoniam vastando circuit, castraque posuit super fluvium Wisera, ubi confluit amnis Wa-
*f. 13c. harna[v, 16]. *Indeque pergens propter nimiam inundationem aquarum[w] reversus est in castrum[17] Herisburgum[x], uxoremque suam Fastradam[y] reginam cum liberis suis[z] ad se venire precepit[a].

a) torongiam *A* 1. b) et — pervenit *om.* *A* 4*. c) stainford *A* 1; Steinfurt *A* 3. d) Wastfali *A* 1. e) Karolum *A* 3. 4*. f) filii *A* 4*. g) Karoli *A* 3. 4*. h) super — Lippiam *om.* *A* 3. i) acerrimumque bellum *A* 1. k) Karolus *A* 3. 4*. l) plurimi' *A* 4*; plur. immo *om.* *A* 1. m) innumeris *A* 4*. n) Saxonum *A* 3. o) *ita* *A* 3; Wormatiam *A* 1; Vurmaciam *A* 4*. p) *sic* *A* 4*; scidrioburh *A* 1; kiridrioburc *B* 1. q) waitzagaŭ *A* 1; Waizzagaim *A* 4*. *B* 1. r) amra *B* 1. s) *sic* *A* 1; leuthidi *A* 4*; leutidi *B* 1. t) Anno — DCCLXXXV. *om.* *A* 1; DCCLXXXV. *post in marg. add.* *A* 4*. u) Karolus *A* 4*. v) Waharua *A* 1. w) propter nimiam inundat. aquarum pergens *A* 1. x) Heresburgu *(deleto, ut videtur, signo compendii)* *A* 4*. y) Fasteradam *A* 4*. z) *om.* *A* 4*. a) iussit *A* 4* *(ut A. r. Fr.)*.

1) *Steinfurt vicus olim ad fluvium Ohre situs.* 2) *Schöningen ad fluvium Meissau (in ducatu Brunsvicensi).* 3) *Cf. infra a.* 788: Habita vero cum Baioariis . . . conventione; 800: contione cum Romanis habita. *A. r. Fr.*: ibique conventionem factam, *quae verba Mühlbacher nr.* 266*h (cf. Abel-Simson I, p.* 472, *n.* 2*) hic perperam intellecta putat.* 4) *Cf. Ann. Lob.*: et de eis *(sc. Saxonibus)* bis eo *[anno]* triumphatum est; *Ademari chron. II, 7, ed. J. Chavanon, 'Collection de textes' etc. p.* 79: ibi prelio facto et victor existens cum gloria reversus est Franciam. — *Dubito tamen, num nostri de pugna ibi commissa dicant an tantummodo more suo prosperum eventum totius expeditionis extollere velint; cf. Abel-Simson I, p.* 472, *n.* 2. 5) *Cf. supra p.* 27, *l.* 21. 6) *Haec cum A. r. Fr. non prorsus conveniunt, cum Ann. q. d. Einh. similiora sint. Cf. Meyer de Knonau, 'Forsch. z. D. G.' VIII, p.* 633, *n.* 7; *Ebrard ib. XIII, p.* 468 *sq.; supra p.* 53, *n.* 5. 7) *Cf. supra p.* 66, *l.* 14. 8) *Cf. supra p.* 10, *l.* 14. 9) *Cf. supra p.* 27, *l.* 35 *sqq.* 10) *Cf. supra p.* 29, *l.* 3; *Ann. q. d. Einh.* 11) *Schieder.* 12) *A. r. Fr.*: Waizzagawi *(Weissgau).* 13) *Emmer.* 14) *Lügde prope Pyrmont esse videtur.* 15) *Cf. supra p.* 68, *l.* 3. 16) *Werre.* 17) *Cf. supra p.* 29, *l.* 3.

A. r. Fr.
Ubi reliqua parte illius hiemalis temporis[a] residens[b] pascha 785. Apr. 3. celebravit. Sed dum in eodem castro resedisset[c], frequentissimis expeditionibus Saxones protrivit[d] et firmitates eorum ac castella destruxit et vias exercitui suo preparavit. Aestatis[e] vero sequentis[f] tempore[1] conventum Francorum habuit[2] ad Patrebrunna[g]. Inde itinere accepto[h] per vias planas, nemine contradicente, totam Saxoniam peragravit. Et cum pervenisset in Bartengawe[i], ibi ad eum Witigindus[k] et Abbi[l] gener eius[3] venit, et firmaverunt sub sacramentis[m] illum sé secuturos esse in Franciam[4]. Postquam autem[n] reversus est rex[o] in Franciam, misit ad predictum Witigindum[p] et Abbionem obsides per Amalwinum virum illustrem[5]. Quibus receptis, obsides illos secum deducentes, pervenerunt in presentiam regis in villa quae[p*] dicitur Athiniaca. In qua baptizati sunt supranominati Witigindus[q] et Abbion una cum sociis eorum. Et tunc demum illis rebellibus adquisitis tota Saxonia in ditionem regis redacta est. Celebravit autem natalem Domini in supradicta villa et pascha similiter. 786. Apr. 23.

Anno[r] dominicae incarnationis DCCLXXXVI. A. r. Fr.
Piissimus[6] rex Carolus misit partem exercitus[7] sui contra Britones[s], cui prefecit Audulfum[t, 8] virum illustrem[9]. Qui victis Brittonibus totam illam regionem Francorum ditioni[u] subegerunt[10], principesque Brittonum secum adducentes in Wormacia regiis obtutibus presentaverunt[v]. Videns

a) reliquam partem hiemis *A 4**. b) transegit ibique *add. A 4**. c) residisset *A 1*; Interdum tamen cum ibi resideret *A 4**; *cf. 'N. Archiv' XXIV, p.* 421. d) detrivit *A 4**. e) Estatis *A 1*. f) *om. A 3*. g) patrisburnam *A 1*. h) *ita A 1. 3.* i) Bartengowe *A 3*. k) *sic A 1*; Widikindus *A 3*. l) *sic A 3*; abbion *A 1*. m) sacramento *A 1*. n) *sic A 1*; vero *A 3*. o) *sic A 3*; victor *A 1*. p) Witingindum *A 1*. p*) q̊ (que) *A 1*. q) Witingindus *A 1*; Wittingus *Lob.* r) Anno — DCCLXXXVI. *om. A 1*. s) *sic h. l. A 1*. t) *sic B 1*; adulfum *A 1*. u) *ita etiam Lob.* v) *sic B 1*; optutibus presentarunt *A 1*.

1) *Regino:* in Maio; *sed cf. Mühlbacher nr.* 268*b; Abel-Simson I, p.* 494, *n.* 4. 2) *Cf. supra p.* 52, *l.* 24. 3) *Eum Widukindi generum (an sororium?) fuisse soli nostri tradunt; cf. Abel-Simson I, p.* 496, *n.* 6. 4) *Cf. ib. p.* 497. 5) *Cf. supra p.* 43, *l.* 5; *Waitz 'VG.' ed.* 2. *IV, p.* 327, *n.* 1. *A. r. Fr.:* per missum suum Amalwinum; *Ann. q. d. Einhardi:* Amalwinus, unus aulicorum; *Poeta Saxo l. II, v.* 190, *Poetae Lat. IV,* 1, *p.* 23, *perperam:* Amulwinus, quidam vernaculus aulae; *cf. Abel-Simson I, p.* 498, *n.* 5. *II, p.* 555, *n.* 5; *Waitz, 'VG.' ed.* 2. *III, p.* 497, *n.* 3; *Brunner l. l. II, p.* 96. 6) *Cf. supra p.* 45, *l.* 27. 7) *A. r. Fr.:* exercitum suum; *Ann. q. d. Einhardi:* exercitum. 8) *A. r. Fr.:* Audulfo sinescalco; *Ann. q. d. Einhardi:* regiae mensae praepositus Audulfus. 9) *Cf. supra l.* 12. 10) *Ann. Lob.:* Brittones vectigales fiunt *(cf. Ann. q. d. Einh.),* et tota Brittannia Francorum ditioni subicitur. *At cf. supra p.* 44, *n.* 10.

786. *A. r. Fr.* autem clementissimus rex Carolus, quia largiente Domino[a] pacem, undique subiectis gentibus[b, 1], habuisset, orationis causa ad limina apostolorum Petri et Pauli proficiscens, causas Italicas in itinere disponens, etiam cum missis imperatoris placitum habuit de convenientia eorum et pace. Celebravitque natalem Domini in eodem itinere in Florentia civitate.

787. *A. r. Fr.* Anno[c] dominicae incarnationis DCCLXXXVII.

Cum pervenisset autem rex Carolus Romam, valde honorifice á domno apostolico Adriano susceptus est. Cumque ibi aliquot diebus moram faceret, Haregisus dux Beneventanus direxit filium suum Rumaldum cum magnis muneribus postulans regem, *f. 134.* ne in fines Beneventanos *exercitum duceret. Quae postulatio inutilis visa est domno apostolico et optimatibus Francorum. Iccirco[d] exinde profectus ad Capuam civitatem venit. Hoc audiens Haregisus, relicto Benevento, in Salerno munitissimo[2] castro[3] se reclusit. Non enim audebat faciem regis videre. Sed mittens denuo alium filium suum nomine Grimualdum cum magnis muneribus, offerens etiam alios obsides et firmitatem, sicut ipse decrevisset, quod semper ipse et sui subiecti fideliter in suo servitio permansissent. Tunc misericordia motus, ne ipsa terra vastaretur[4] á facie[5] exercitus sui, elegit XII obsides, tertium decimum vero una cum filio[e] supradicti ducis, nomine Grimualdum, sacramentis iuratis, [muneribus[f]] quoque acceptis ab omnibus Beneventanis, reversus est Romam, *Apr. 8.* in qua etiam pascha celebravit. Ibi etiam venientes missi Tassilonis ducis, Arno episcopus[6] et Hunricus abbas[7], supplices postulaverunt domnum Adrianum apostolicum pontificem[g], ut pro Tassilone apud regem intercederet. Quod[g] etiam valde obnixe postulavit[8], ut sibi rex in sua pietate[9] parceret. Quibus precibus rex facile consensit. Voluit namque statim cum ipsis legatis pacem firmare, sed renuentibus, Adrianus papa cognovit instabilitatem Tassilonis ducis, interdictione anathematis

a) domino *eadem manu superscr. A* 1. b) undique *iterum add. A* 1. c) Anno — DCCLXXXVII. *om. A* 1. d) Iicirco *alio atramento corr.* Iccirco *A* 1. e) *sic A* 1, *quod emendandum esse apparet, quamquam etiam Vedast. habet:* a supradicto duce XII obsides cum Grimualdo eius filio Karolo mittuntur. f) *supplevi ex A. r. Fr.* (Et accepta munera). g) *ita A* 1.

1) *Cf. supra p.* 16, *l.* 3. 4. 2) *Cf. supra p.* 28, *l.* 19 *(Ann. q. d. Einh.* 786*).* 3) *Cf. supra p.* 29, *l.* 3. 4) *Ann. Laur. min. ('Kleine Lorscher Franken-Chronik') rec. Waitz p.* 414 [16]: Harigisus . . . obtinuit, ut terra non vastaretur illa. 5) *Cf. supra p.* 43, *l.* 2. 6) *Salzburgensis* (785—821). 7) *Mondseensis.* 8) *Scil. papa.* 9) *Cf. supra p.* 6, *l.* 9. 10.

mandavit ei, ut iusiurandum, quod promiserat Pippino et filio eius Carolo regi, adimplesset, nec aliter faceret, nisi in omnibus obediens fuisset Carolo et filiis eius et genti Francorum, ut ne forte sanguinis effusio provenisset[a] vel lesio terrae illius. Et si ipse dux obturato[b] corde verbis apostolici minime obedire voluisset, tunc domnus Carolus rex et suus exercitus absoluti fuissent ab omni periculo peccati. Et quicquid in ipsa terra factum evenisset incendiis[c] aut[d] in homicidiis vel in qualicumque malitia, ut hoc super Tassilonem et eius consentaneos evenisset, et domnus rex Carolus ac Franci innoxii ab omni culpa exinde permansissent. His verbis expletis missi Tassilonis absoluti sunt. Tunc invicem sibi domnus apostolicus ac gloriosus Carolus valedicentes, benedictione assumpta *oratione que peracta, in Franciam reversus est. Convocavitque conventum Francorum[1] eodem anno ad Wormaciam civitatem. Inde legatos suos ad Tassilonem direxit, sciscitantes, utrum fidem, quam promiserat sibi, adimplere voluisset[2] et absque labore Francorum in presentiam eius venire deberet. Sed ille contumaciter iniquae coniugis suae[3] usus consilio ad regem venire contempsit. Profectus est itaque rex cum omni exercitu suo partibus Baugariae[e] et fixit castra iuxta civitatem Augustam in planicie[4] quae vocatur Lechfeld[f]. Iussit quoque alium exercitum, id est orientalium[5] Francorum, Austrasiorum Toringorumque et Saxonum, castra metari[6] super Danubium fluvium in loco qui dicitur Faringa[7]. Tertium quoque exercitum conduxit ex partibus Italiae, qui cum Pippino rege, filio suo, ad Triantum venit. Qui etiam per introitum Italiae, [ipso[g]][8] remanente in Trianto castro[9], usque ad Bauzanum, in Baugariorum[e] fines irrumpentes, pervenerunt. Tassilo vero videns sé esse circumdatum undique exercitibus Francorum, aliter facere non prevalens[10], tradidit[h] se manibus piissimi regis sui

787. *A. r. Fr.*

*f. 14a.

a) *sic Ann. r. Fr.;* pervenisset *A* 1. b) obdurato *Ann. r. Fr.* c) in incendiis *Ann. r. Fr.* d) aut' (autem) *signo compendii per errorem addito A* 1. e) *ita A* 1. f) lechfech *A* 1. g) *supplevi ex Ann. r. Fr.* (et ipse ibi maneret). h) tribuit *A* 1 (tradens *A. r. Fr.*).

1) *Cf. supra p.* 52, *l.* 24. 2) *Cf. Ann. q. d. Einhardi:* iniit consilium, ut experiretur, quid Tassilo de promissa sibi fidelitate facere vellet; *Einh. V. Karoli M. c.* 11. *Melius tamen illis nostri hic rerum ordinem servant; cf. Abel-Simson I, p.* 596, *n.* 5. 598, *n.* 2; *L. de Ranke, 'Zur Kritik fränkisch-deutscher Reichsannalisten', S. W. LI. LII, p.* 113. 3) *Liutpergae, Desiderii olim regis Langobardorum filiae; cf. A. r. Fr. et Ann. q. d. Einh. a.* 788; *Einh. V. Karoli l. l.; infra p.* 76, *l.* 15. 4) *Cf. supra p.* 22, *l.* 7. 33, *l.* 23. 5) *A. r. Fr.:* id est Franci Austrasiorum; *Ann. q. d. Einh.:* orientales quoque Franci. 6) *Cf. supra p.* 17, *l.* 16. 7) *Pföring ad Danubium inter urbes Ingolstadt et Regensburg.* 8) *Sc. Pippino.* 9) *Cf. supra p.* 29, *l.* 3. 10) *Cf. supra p.* 44, *l.* 7. 8: dum aliter facere non poterant.

787. *A. r. Fr.* Caroli in vasaticum, reddens ei illum ducatum, quem iam[a] dudum a Pippino rege susceperat, et confessus est sé in omnibus coram domino suo peccasse. Quam ob rem denuo sacramenta renovans dedit obsides XII et filium suum Teodonem, et sic iterum ducatum suum per munificentiam regis adeptus est[1]. Inde cum gaudio[2] revertens rex Carolus natalem Domini celebravit in villa quae dicitur Ingelinhaim[b, 3].

A. r. Fr. Anno[c] dominicae incarnationis DCCLXXXVIII. Carolus rex generalem conventum Francorum habuit[4] in iam dicta villa Hingelinhaim, ibique venit Tassilo cum ceteris principibus Baugariorum. Habita vero cum Baioariis[d] in presentia optimatum Francorum conventione[e], ceperunt fideles Baioarii dicere, quod Tassilo fidem suam, quam promiserat, salvam non haberet, sed, postquam dederat filium suum in obsidem[f], fraudare iusiurandum temptaret, suadente Leutberga coniuge sua. Quod et Tassilo denegare non potuit, sed confessus est postea ad Avaros[g] transmisisse, vassos supradicti domni regis[h] *f. 14b. adhortasse *et in vitam eorum consiliasse; et homines suos, quando iurabant, iubebat, ut aliter in mente retinerent et sub dolo iurarent. Et quid magis? Confessus est sé dixisse, etiam si decem filios haberet, omnes voluisset perdere, antequam placita sic remanerent, vel stabile permitteret, sicut iuratum habuit. Et etiam dixit melius sé mortuum esse quam ita vivere. Et de his omnibus comprobatus, Franci et Baioarii, Langobardi[i] et Saxones vel ex omnibus provinciis, qui ad eandem sinodum congregati fuerunt, reminiscentes priorum malorum eius, et quomodo Pippinum in exercitu dereliquisset et ibi, quod theodisca lingua harisliz dicitur, iudicaverunt eundem Tassilonem ad mortem. Sed dum omnes[k] voce acclamarent capitali feriri eum sententia, piissimus rex Carolus motus misericordia ob amorem Dei, et quia consanguineus eius erat, obtinuit ab ipsis Dei ac suis fidelibus, ut non moreretur. Et interrogatus á rege predictus Tassilo, quid agere voluisset, postulavit, ut licentiam haberet sé tonsorandi et in monasterium introeundi et pro tantis peccatis penitentiam agendi, et[l] suam salvaret animam. Similiter et filius eius Teodo diiudicatus est et tonsoratus in monasterium missus. Et pauci Baioarii[m], qui in adversitate regis Caroli perdurare volebant, missi sunt in exilium.

a) tam *A* 1. b) In *in loco raso A* 1. c) Anno — DCCLXXXVIII. *om. A* 1. d) baiostriis *A* 1. e) *forte* contione *emendandum; cf. supra p.* 8, *l.* 7. 72, *l.* 8; *infra a.* 800. f) obsidionem *A* 1. g) auoros *A* 1. h) *forte* ad se *ex Ann. r. Fr. supplendum.* i) longobardi *A* 1. k) *forte* una *ex Ann. r. Fr. supplendum.* l) et ut *Ann. r. Fr.* m) baiostrii *A* 1.

1) *Cf. Ann. Laur. min. l. l.* 2) *Cf. supra p.* 27, *l.* 4. 3) *A. r. Fr. addunt:* similiter et pascha. 4) *Cf. supra p.* 52, *l.* 24.

Eodemque anno commissum est bellum inter Grecos et Langobardos[a], id est duce Spolitino nomine Hildebrando seu duce Grimualdo, quem rex Carolus posuerat ducem super Beneventanos; et fuit missus Wineghisus una cum paucis Francis, ut previderet eorum omnia, que egissent. Et auxiliante Domino victoria est facta á Francis seu supra nominatis Langobardis[a]. Similiter et alia pugna commissa est inter Avaros et Francos, qui in Italia commanere videbantur. Sed auxiliante Domino victoriam optinuerunt Franci, et Avari cum contumelia reversi sunt, fuga lapsi sine victoria. Tertia pugna commissa est inter Baioarios et Avaros in campo Ibosetb[b], et fuerunt ibi missi domni regis Caroli Grahamannus *et Audacrus cum aliquibus Francis, et Domino auxiliante victoria fuit Francorum seu Baioariorum. Et ista omnia supradictus dux Tassilo seu malivola uxor eius Liutberga, Deo odibilis, per fraudem consiliaverunt. Quarta pugna fuit commissa ab Avaris[c], qui voluerunt vindictam peragere contra Baioarios. Ibi similiter fuerunt missi domni regis Caroli, et Domino protegente victoria Christianorum affuit. Avari fugam incipientes, multa strages ibidem facta est occisorum, et plurimi[1] in Danubio fluvio vitam necando amiserunt. Post haec omnia domnus Carolus in Baioariam ad Reganesburg pervenit et ibi fines vel marcas Baioariorum disposuit, quomodo salvae Domino protegente contra iam dictos Avaros esse potuissent. Inde reversus celebravit natalem Domini et pascha in Aquis palacio.

788. *A. r. Fr.* — *f. 14c. — 789. *Apr.* 19.

Anno[d] dominicae incarnationis DCCLXXXVIIII. Gloriosus[2] rex Carolus iter indixit exercitibus suis partibus Sclavaniae, quarum[e] vocabulum est Vulze[f, 3]. Traiectoque Reno iuxta Coloniam urbem per Saxoniam ad Albiam fluvium [venit][g], ibique II[os] pontes construxit. Quorum unum ex utroque capite castellis tutissimis ex ligno et terra [munivit[h]]. Inde proficiscens supradictos Sclavos subiugavit. Fuerunt autem in ea expeditione Franci et Saxones, Frisonesque navigio per Abolam[i, 4] fluvium in auxilium profecti sunt. Fuerunt etiam Sclavi cum eo, quorum vocabula sunt Surbi[k, 5] nec non Abodriti, quorum princeps fuit Wazan[l]. Venit autem eorumdem[m] Sclavorum rex ad eum qui vocabatur Drogoviz[6] et reddidit regnum illi

A. r. Fr.

a) longobard. *A* 1. b) Ibose *Ann. r. Fr.* c) ábauaris (a Bavaris) *A* 1. d) Anno — DCCLXXXVIIII. *om. A* 1. e) quorum *Ann. r. Fr.* f) Wilze *Ann. r. Fr.* g) *ex Ann. r. Fr. suppl., om. A* 1. h) *haec vel similis vox supplenda; cf. Ann. q. d. Einhardi et Ann. Fuld. auct. Einh.* i) albiam *A* 1; *emend. ex Ann. r. Fr.* k) Sibi *A* 1. l) Witzan *Ann. r. Fr.* m) eorūdem *A* 1.

1) *A. r. Fr.*: alii; *Ann. q. d. Einhardi*: multi. 2) *Cf. supra p.* 51, *l.* 21. 3) *Wilzi sivi Welatabi.* 4) *Havel.* 5) *Sorben.* 6) *Cuius etiam in Ann. q. d. Einhardi multisque aliis fontibus, non tamen in A. r. Fr. mentio fit; cf. Abel-Simson II, p.* 5, *n.* 5.

789. partibus Francorum, asserens sé olim ab invicto[1] principe Carolo[2] eandem potestatem vel dominationem con-
A. r. Fr. secutum fuisse. Ergo obsidibus et iuramentis secundum illorum morem receptis, cum gaudio[3] reversus est in Franciam.
790. *Apr. 11.* Celebravitque natalem Domini et pascha in Wormacia.

789. Anno[a] ab incarnatione Domini DCCXC. Huius anni principio rex Carolus primogenitum filium suum Carolum ultra Sequanam amnem[b] direxit, tribuens[c] ei
790. ducatum Cinomannicum[d, 4]. Qui eodem anno, tempore aestatis[e] ad patrem revertitur. Conventum autem[f] Francorum habuit[5] in Wormacia[g], disponensque utilitates interiores regni sui[h, 6], in illo[i] anno nullam in partem
A. r. Fr. exercitum duxit[k, 7]. Celebravitque in eadem civitate natalem
791. *Mart. 27.* Domini et pascha.

A. r. Fr. *f. 14d.* Anno[l] dominicae incarnationis DCCXCI. *Carolus rex perrexit in Baugariam[m] generalemque Francorum conventum habuit[5] in civitate Raginisburh. Initoque consilio cum optimatibus suis[8], ut iniuriam, quam perpetraverant Avari in populum Christianum, cum Dei auxilio ulcisceretur — nam sepe legatos suos pro eodem negotio in illas partes direxit, sed iusticiam de iniquitate, quam commiserant Avari, impetrare non potuit —. Sumpto ergo itinere[9] ad Anase[n] fluvium pervenit, ibi triduanum ieiunium[10] cum letaniis et missarum solemniis[o] celebrare precepit, Deum humiliter postu-

a) Anno — DCCXC. *om.* *A* 1. b) *om.* *B* 1. c) dans *B* 1. d) cenomannicum *B* 1. e) estatis *A* 1; ęstatis tempore *B* 1 (*cf. infra a.* 803. 804. 805). f) Rex autem conuentum *B* 1. g) uuormatia ciuitate *B* 1. h) utilitates (*corr. ex* utilitatis) regni sui disponens *Lob.;* disposuitque ea quę utilia uidebantur esse in regno suo *B* 1. i) vero *add.* *B* 1. k) *sic* *B* 1; in nullam partem duxit exerc. *Lob.;* eduxit *A* 1; *cf. supra p.* 18, *l.* 23. 24. l) Anno — DCCXCI. *om.* *A* 1. m) *ita* *A* 1. n) Anisam *Ann. r. Fr.* o) solenniis *A* 1.

1) *Cf. supra p.* 5, *l.* 2. 2) *Haud dubie Karolus Martellus intellegendus; cf. 'N. Archiv' XXIV, p.* 402 *sq.*; *Ann. q. d. Einhardi:* nam is (*sc. Dragawitus*) ceteris Wiltzorum regulis et nobilitate generis et auctoritate senectutis longe praeminebat. 3) *Cf. supra p.* 27, *l.* 4. 4) *His Bonnell l. l. p.* 163. *temere fidem denegare voluit; cf. Ann. S. Amandi cont., SS. I, p.* 12: et Carlus filius eius regnum accepit ultra Segona; *Astron. V. Hludowici imp. c.* 59, *SS. II, p.* 644; *Mühlbacher nr.* 303*c*; *Abel-Simson l. l. II, p.* 6, *n.* 9. 7, *n.* 1; *Simson, 'Ludwig d. Fr.' II,* 180, *n.* 6. 181, *n.* 2; *supra p.* 42, *n.* 6. 5) *Cf. supra p.* 52, *l.* 24. 6) *Cf. supra p.* 30, *l.* 19. 7) *Cf. supra p.* 18, *l.* 23. 24. *Haec aliis fontibus confirmantur; cf. Ann. Lauresham.* 790. *et Mosellani* 789; *Mühlbacher nr.* 305*b*; *Abel-Simson II, p.* 10—11. 8) *Cf. Reginonis chron.*: cum consilio optimatum regni. 9) *Cf. infra a.* 803 (iter per Alemanniam sumens), 804 (Sumptoque inde itinere). 10) *Cf. Reginonis chron.* (ubi triduanum ieiunium cum letaniis fecerunt).

lantes, ut suum exercitum in illo itinere cum pace dimi- *791. A. r. Fr.* sisset[1]. Supradictus vero princeps de australi parte Danubii iter peragens, Saxones autem cum quibusdam Francis et maxime[a] plurima Frisionum de aquilonali[b] parte Danubii similiter iter peragentes, ubi ad locum pervenerunt, ubi iam dicti Avari firmitates habuerunt preparatas, de australi vero parte Danubii [ad Cumeoberg[c]][2], de alia vero ripa in loco qui dicitur Camp[3], quia sic nominatur ille fluvius[4], qui[d] confluit in Danubium. Avari enim, cum vidissent utrasque ripas exercitum continentes et navigium per medium fluvium veniens[5], á Domino eis terror pervenit: dereliquerunt[e] eorum loca munita, quae supra nominata sunt, firmitatesque eorum vel machinationes dimiserunt fuga lapsi; Christo ducente populum suum, utrosque exercitus sine lesione supradictus obtinuit exercitus. Sic iter[6] peragentes usque ad fluvium cuius vocabulum est Rabáá, et exinde uterque exercitus de ambabus ripis ad propria reversi sunt, magnificantes Deum de tanta victoria. Et cęlebravit domnus rex Carolus natalem Domini in Ragenesburh et pascha similiter. *792. Apr. 15.*

Anno[f] dominicae incarnationis DCCXCII. Heresis *A. r. Fr.* Feliciana[7] primo in concilio, quod Ragenesburgh[g] hoc anno cęlebratum est[8], condempnata est. Quem Angilbertus[9] ad presentiam Adriani apostolici adduxit, et confessione facta suam heresim iterum abdicavit. Eodem anno nullum iter exercitale factum est. Pons super flumina navigio[h] transeuntia factus est, anchoris[i] et funibus ita coherens, ut iungi et dissolvi[k] possit. Ibi quoque *793.* *natalem Domini, ibi pascha celebravit rex Carolus. *Apr. 7. *f. 15a.*

Anno[l] dominicae incarnationis DCCXCIII. Rex *A. r. Fr.* autumpnali tempore de Reginesburh iter navigio faciens usque ad

a) maximæ *A* 1. b) aq,nali, *litteris* ilo *posteriori manu additis* *A* 1. c) *om., spatio vacuo relicto, A* 1. d) ibi *fortasse ex Ann. r. Fr. supplendum.* e) *ante hanc vocem litura duarum litterarum* *A* 1. f) Anno — DCCXCII. *om. A* 1. g) ragenesburc *B* 1. 2. h) navigia flumina *Ann. r. Fr.* i) *littera prima erasa, sed alia manu et alio atramento supra lituram scripta A* 1. k) disolvi *A* 1. l) Anno — DCCXCIII. *om. A* 1.

1) *Item Karolus ipse in litteris paulo post ad Fastradam coniugem datis, Epp. IV, p.* 528: Nos autem, Domino adiuvante, tribus diebus letania fecimus . . . Dei misericordiam deprecantes, ut nobis pacem et sanitatem atque victoriam et prosperum iter tribuere dignetur. 2) *Kaumberg = Wiener Wald.* 3) *Vicus Kamp in Austria inferiori ex oriente oppidi Krems.* 4) *Cui etiam nunc idem nomen est.* 5) *A. r. Fr.*: et navigia per medium fluvium venientes. 6) *Corrupta sunt quae A. r. Fr. habent*: utrosque exercitus sine laesione introduxit. Supradictus exercitus sic iter *etc.* 7) *Felicis episcopi civitatis Orgellitanae (La Seo de Urgel).* 8) *Ann. q. d. Einhardi:* ubi congregato episcoporum concilio. 9) *Abbas S. Richarii (St.-Riquier, d. Amiens).*

793. *A. r. Fr.* fossatum magnum [inter[a]] Alcmana[1] et Radantia[2] pervenit, ibique missi apostolici cum magnis muneribus presentati sunt. Ibi missus nuntiavit Saxones iterum fefellisse[b]. Inde per Radantiam in Mobin navale iter peragens, natalem Domini celebravit ad sanctum Chilianum[c] in Wirzinburh[d].

A. r. Fr. 794. *Mart. 23.* Anno[e] dominicae incarnationis DCCXCIIII. Pascha celebratum est in Franconofurt, ibique congregata est sinodus magna episcoporum Galliarum, Germaniarum, Italiarum in presentia iam fati principis et missorum domni apostolici Adriani, quorum sunt haec nomina: Theophilactus et Stephanus episcopi. Ibi tertio condempnata est heresis Feliciana. Quam dampnationem per auctoritatem sanctorum patrum in libro conscripserunt, quem librum omnes sacerdotes manibus propriis subscripserunt. Ibi obiit Fastrada regina et in Sancto Albano honorifice sepulta est. Pseudosinodus Grecorum, quam falso[f] septimam vocabant, pro adorandis imaginibus fecerunt[g], reiecta est á pontificibus. Inde motus est exercitus partibus Saxoniae per duas turmas: in una fuit domnus Carolus gloriosissimus rex, in alia misit domnum Carolum, nobilissimum filium suum, per Coloniam. Saxones autem congregantes sé in campo qui dicitur Sinafeld[h, 3], preparantes se quasi ad pugnam. Cum vero audissent se ex duabus *cf. Ps. 92, 10. Iob. 5, 13.* partibus esse circumdatos, dissipavit Deus consilia eorum. Et[i] quamvis fraudulenter et Christianos sé et fideles domni regis fore promiserunt, rex[i] ad palacium quod Aquis vocatur rediit ibique natalem Domini celebravit[4].

795. *A. r. Fr.* Anno[k] dominicae incarnationis DCCXCV. Carolus rex venit ad locum qui dicitur Cuffinstain[l, 5], in suburbium Mogontiacensis urbis, et tenuit ibi placitum suum. Audiens vero, quod Saxones more solito promissionem suam, quam de habenda Christianitate et fide regis tenenda fecerant, irritam fecissent, cum exercitu in Saxoniam ingressus est et usque ad fluvium Albim pervenit, ad locum qui dicitur Hliuni[6]. In quo tunc Witzin[m] Abodritorum rex á Saxonibus occisus est. Ibi etiam venerunt missi tudun[n], qui in gente et **f. 15b.* regno Avarorum magnam potestatem habebat; *qui dixerunt, quod idem tudun[n, 7] cum terra et populo suo sé regi dedere vellet. Rex

a) *supplevi ex A. r. Fr.* b) fefelisse *A* 1; *supplendum* fidem suam *secundum A. r. Fr., quae desunt etiam in duobus libris eorundem classis C; cf. Wibel l. l. p.* 30, *n.* 1; Saxones (ad *corr.*) a fide defecisse *Lob.* c) *sic A* 1. *Lob. (Ann. r. Fr.);* Kilianum *B* 1. 2. *Vedast.* d) Wirzenburg *Lob.;* Wirsinburg *Vedast.;* uuitziburc *B* 1. e) Anno — DCCXCIIII. *om. A* 1. f) falsi *A* 1. g) *ita etiam Ann. r. Fr.* h) Sinistfeld *Ann. r. Fr., sed* sinasfelt *eorum codex B* 4. i) *sic distinctum est in A* 1. k) Anno — DCCXCV. *om. A* 1. l) cuffinstā *A* 1. m) tuncuiuit||zin *A* 1. n) tridun *A* 1.

1) *Altmühl.* 2) *Rednitz sive Rezat.* 3) *Das Sendfeld e meridie urbis Paderborn.* 4) *A. r. Fr. add.*: et pascha. 5) *Kostheim.* 6) *Lüne prope Lüneburg.* 7) *Cf. Abel-Simson II, p.* 97, *n.* 6.

vero, afflictis magna ex parte Saxonibus eorumque terra vastata 795. *A. r. Fr.* acceptisque eorum obsidibus, in Gallias rediit, et in palacio qui[a] vocatur Aquis natalem Domini celebravit et pascha similiter. 796. *Apr.* 3.

Anno[b] dominicae incarnationis DCCXCVI. Adrianus *A. r. Fr.* papa obiit[1], et Leo, mox ut in locum eius successit, legatos[c] cum muneribus ad regem, claves etiam confessionis sancti Petri et vexillum Romanae urbis eidem direxit. Sed et Heiricus dux Furiulensis, missis hominibus suis cum Wanomiro[d] Sclavo in Pannonias, hringum gentis Avarorum, longis retro temporibus quietum, civili bello fatigatis inter sé principibus[e], spoliavit — chagan sive iuguro intestina clade addictis et á suis occisis —, thesaurum priscorum regum multa seculorum prolixitate collectum domno regi Carolo ad Aquis palacium misit. Quo accepto, peracta Deo largitori omnium bonorum gratiarum actione, idem vir prudentissimus atque largissimus et Dei dispensator magnam inde partem Romam ad limina apostolorum misit per Angilbertum dilectum abbatem suum. Porro reliquam partem optimatibus, clericis sive laicis, ceterisque fidelibus suis largitus est. In eodem anno tudun secundum pollicitationem suam cum magna parte Avarorum ad regem venit, sé cum populo suo et patria[f] dedit. Ipse et populus baptizatus est, et honorifice muneribus donati redierunt. Rex collectis exercitibus suis Saxoniam ingressus est, filium suum Pippinum regem Italiae[g] in Pannonias cum exercitu misit. Cuius legationes ad eum in eamdem Saxoniam venerunt, una, quae[h] dixit occurrisse ei chagan cum ceteris optimatibus, quos[i] sibi Avari post interfectionem priorum constituerunt; altera, quae dixit Pippinum cum exercitu suo in hringo sedere. Et domnus rex peragrata Saxonia cum integro exercitu in Gallias sé recepit et in Aquis palacio filium suum Pippinum ex Pannonia redeuntem et partem thesauri, quae remanserat, adducentem letus aspexit, atque ibidem natalem Domini et pascha celebravit. 797. *Apr.* 23.

Anno[k] dominicae incarnationis DCCXCVII. Barcinona *A. r. Fr.* civitas Hispaniae, quae pridem[l] á nobis desciverat[m], reddita est. Nam ipse ad palacium veniens dominio regis[n] semetipsum *cum **f.* 15*c*. civitate commendavit. Expeditio facta in Saxoniam, et usque ad occeanum trans omnes paludes et invia loca transitum est. Et rex de Hadulaha[o, 2] regressus — hoc enim loci nomen est, ubi occeanus

a) *ita etiam Ann. r. Fr.* b) Anno — DCCXCVI. *om. A* 1. c) misit legatos *Ann. r. Fr.* d) Wonomiro *Ann. r. Fr.* e) pncipibus *(primo* i *superscribendo omisso) A* 1. f) regi *add. Ann. r. Fr.* g) ita *in loco raso A* 1. h) Unaquę *A* 1. i) quem *Ann. r. Fr.* k) Anno — DCCXCVII. *om. A* 1. l) iam pridem *Ann. r. Fr.* m) deciuerat *A* 1. n) *ita A* 1; *cf. infra a.* 803 (domno regi *Ann. r. Fr.*). o) Haduloha *Ann. r. Fr.*

1) 795. *Dec.* 25. 2) *Hadeln meridiem versus ab ostio Albis fluminis.*

797. A. r. Fr. Saxoniam alluit — tota Saxonum gente in deditionem per obsides accepta, trans Renum in Gallias reversus est; et in Aquis palacio Abdellam[1] Sarracenum, filium Ibimauge[a] regis[2], qui á fratre[3] regno pulsus in Mauritania[b] exulabat, ipso semetipsum commendante suscepit. Illuc et legátus Nicetae, qui tunc Siciliam[c] regebat, nomine Theotistus[d] venit imperatoris epistolam portans. Quem magnifice suscipiens Nov. post paucos dies absolvit. Et Novembrio mense mediante ad hibernandum cum exercitu Saxoniam intravit, positisque castris apud Wiseram fluvium, locum castrorum Heristalli[e,4] vocari iussit. Illuc legati gentis Avarorum cum muneribus magnis venerunt. Inde Abdellam Sarracenum cum filio suo Lodovico in Hispanias reverti fecit et filium suum Pippinum ad Italiam misit. Inde[f] ad disponendam Saxoniam totum hiemis tempus impendens, ibi natalem Domini, ibi 798. Apr. 8. pascha celebravit.

A. r. Fr. Anno[g] dominicae incarnationis DCCXCVIII. Venit etiam et legatus Hadefonsi[5] regis Galaciae[h] et Asturiae[i] nomine Froia, papilionem[k] mirae pulchritudinis presentans. Sed in ipso pasche tempore Nordliudi trans Albiam sedentes seditione commota legatos regios, qui tunc ad iusticias faciendas apud eos conversabantur, comprehendunt, quosdam ex eis statim trucidantes, ceteros ad redimendum reservant. Ex quibus aliqui effugerunt, ceteri redempti sunt. Rex collecto exercitu de Heristalli ad locum qui Mimda[l,6] dicitur perrexit; et facto consilio inde in desertores arma corripuit et totam inter Albin[m] et Wiseram Saxoniam populando peragravit. Nordliudi contra Trasiconem[7] ducem Abodritorum et Eburisum legatum nostrum commisso prelio acie[n] victi sunt. Cesa sunt ex eis in loco prelii IIII[or] milia, ceteri, qui fugerunt et evaserunt, quam[quam][o] multi *f. 15d. et ex illis cecidissent, [de pacis[p]] *conditione tractaverunt. Et rex acceptis obsidibus, etiam et his, quos perfidissimos primores Saxonum consignabant, in Franciam reversus est. Et Aquisgrani palacium pergens legationem Grecorum á Constantinopoli missam suscepit. Erant enim legati Michahel patricius quondam Frigiae et Theophilus presbiter, epistolam Herene imperatricis deferentes, cuius filius Constantinus[8] imperator anno superiorė á [suis[q]] conprehensus[r]

a) *sic et codd. (B 4). C 2 Annalium r. Fr.* b) maritania *A* 1. c) ciciliam *A* 1. d) *ita A* 1; Theoctistus *Ann. r. Fr.* e) *ita A* 1; Heristelli *Vedast. Ann. r. Fr.* f) ipse *Lob.* g) Anno — DCCXCVIII. *om. A* 1. h) Galleciae *Ann. r. Fr.* i) asturię *corr.* astarię? *A* 1. k) papilonem *A* 1. l) munda *A* 1 *et cod. D* 3 *Annalium r. Fr.* m) *sic A* 1. n) acię *A* 1. o) *sic Ann. r. Fr.*; q̃ (quam) *A* 1. p) *supplevi ex Ann. r. Fr.; cf. Wibel l. l. p.* 80, *n.* 3. q) *supplevi ex Ann. r. Fr.* r) ácp̄hensus (áconprehensus) *A* 1; et *add. Ann. r. Fr.*

1) *Abdallah.* 2) *I. e. Abd-ur-Rahman Ben Muawijah emiri Cordubensis* (755—788). 3) *Hescham emiro.* 4) *Herstelle supra Höxter.* 5) *Alfonsi II.* (791—843). 6) *Minden.* 7) *Drosuk.* 8) *VI.* (780—797).

excecatus est. Haec tamen legatio tantum pro ęcclesiastica pace *798. A. r. Fr.* et concordia directa fuit[1]. Quos cum absolvisset, [absolvit[a]] etiam cum eis et Sisinnium fratrem Tarasii[2] Constantinopolitani episcopi, iam dudum in Italia prelio captum[b]. Hoc anno sidus quod dicitur Martis á superioris anni Iulio usque ad sequentis revertentis Iulium nusquam in toto caelo videri potuit. Insule Baleares[c] *Iul.* á Mauris et Sarracenis depredatae sunt. Hadefonsus etiam rex Galliciae et Asturicae[d], predata Olisipona[e], ultima Hispaniae civitate, insignia victoriae suae loricas, mulos captivosque Mauros regi per legatos suos Froiam et Basiliscum hiemis tempore misit. Sicque in hoc palacio, quod situm est Aquis[3], et natalem Domini et pascha *799. Mart. 31.* cęlebravit.

Anno[f] dominicae incarnationis DCCXCVIIII. Romani *A. r. Fr. Apr. 25.* Leonem papam VII. Kal. Maii[4] lętania maiore[g] captum[h] excecaverunt[5] *cf. Ann. Lauresham.* [et in custodia miserunt[i]]. Inde per noctem fuga *A. r. Fr.* lapsus[k] ad nostros legatos, qui tunc apud basilicam sancti Petri erant, Werondum scilicet abbatem[6] et Winegisum Spolitanum ducem, veniens Spoletium deductus est[l]. Rex vero Carolus in Saxoniam [profectus[m]] Renum ad Lippeiam[n] transiit, in loco qui vocatur Patrebrunna positis castris consedit. Indeque diviso exercitu Carolum filium suum cum una parte[7] ad colloquium Sclavorum et ad recipiendos hos, qui de Nordleudis[o] venerant Saxonibus, et in Berdengawi[p] direxit[q]. Ipse vero altera medietate secum retenta in loco iam nominato Leonem pontificem cum summo honore suscepit. Ibique reditum Caroli filii sui expectans Leonem papam Romam cum legatis suis cum veneratione *direxit[8]. Dispositis *f. 16a.*

a) *supplevi ex Ann. r. Fr.* b) capt⁹ *post corr.* capt⁹u *A* 1. c) boleares *in* baleares *scribae manu correctum videtur A* 1. d) Asturiae *Ann. r. Fr.* e) philosophania olisipona *A* 1. f) Anno — DCCXCVIIII. *om. A* 1. g) in ipsa litania maiore, quod est VII. Calendas Madii *Anian.* h) captumque *Anian.* i) et — miserunt *Anian.; om. A* 1. k) *ita A* 1. *Lob.; cf. supra p.* 32, *l.* 23; 40, *l.* 12; 67, *l.* 16; per fugam nocte lapsus *Anian.* l) *ita A* 1; ad missos gloriosi praefati principis Caroli, qui tunc apud basilicam beati Petri erant, Hwerondum (hunerondum *Martène*) scilicet abbatem et Hwinegisum (hivinegisum *Martène*) Spolitanum ducem, pervenit; qui ab eis Spolicium deductus est *Anian.* m) *supplevi ex Ann. r. Fr.* n) *sic h. l. A* 1. o) nordleutis *A* 1. p) Bardengauwi *Ann. r. Fr.* q) directus *A* 1.

1) *Ann. r. Fr. minus accurate:* Haec tamen legatio tantum de pace fuit; *cf. Ann. Lob.* 797. 798. 2) 784—806. 3) *Cf. infra a.* 805: in palacio, quod situm est Aquis. 4) *Ann. Lauresham.:* in ipsas laetanias, quod est VII. Kal. Maias. 5) *Ann. r. Fr. addunt:* ac lingua detruncaverunt; *Ann. q. d. Einhardi:* erutis oculis, ut aliquibus visum est, lingua quoque amputata; *Einh. V. Karoli c.* 28. 6) *Stabulensem.* 7) *Ann. r. Fr.:* cum medietate; *Ann. q. d. Einhardi:* cum parte exercitus. 8) *Ann. r. Fr.:* Leonem pontificem simili, quo susceptus est, honore dimisit; *Ann. q. d. Einh.:* iterum Romam cum magno honore per legatos regis, qui cum eo missi sunt, reductus

799. A. r. Fr. ergo in illis partibus quae necessaria sunt[1], rex ad Aquisgrani palacium suum reversus est. In hisdem diebus[2] legatus Michahelis prefecti[a] Siciliae[3] nomine Danihel[b] ad regem venit atque inde iterum cum magno honore dimissus est. Eodem anno gens Avarorum á fide, quam promiserat, ex parte defecit, et Heiricus dux Furiuliensis post tot prospere gestas res iuxta Tarsiaticam[c, 4] Liburniae civitatem insidiis oppidanorum obpressus est. Et Geraldus[d] comes[5], quem[e] rex Alamannis et Bawariis prefecerat[6], commisso cum Avaris prelio cecidit. Insulae quoque Baleares, quae á Mauris et Sarracenis anno priore depredatae sunt, postulato atque adepto[f, 7] á nostris auxilio, nobis sé dediderunt et cum Dei auxilio á nostris á predonum[g] incursione defensae[h] sunt. Signa quoque et vexilla Maurorum in pugna sublata regi presentata sunt. Wido quoque comes, qui[i] contra Brittones sedebat, una cum sociis suis comitibus Britanniam ingressus totamque perlustrans in deditionem accepit, et regi de Saxonia reverso arma eorum ducum, qui se subdiderunt, inscriptis singulorum nominibus presentavit. Nam per haec signa sé et terram et populum unusquisque illorum tradidit, et tota Brittanniorum provincia, quod numquam antea fuerat[8], á Francis subiugata est.

A. r. Fr. Eodem anno monachus[k] quidam de Ierosolimis veniens benedictionem et reliquias de sepulchro Domini, quas patriarcha Ierosolimitanus regi miserat, detulit. Azan[9] quoque prefectus civitatis quae Osca[10] vocatur claves urbis illius per legatum suum cum

a) profectus *A* 1; *emend. ex Ann. r. Fr.* b) dāhel *A* 1. c) Tharsaticam *Ann. r. Fr.* d) Geroldus *Ann. r. Fr.* e) quam *A* 1. f) *ita A* 1; accepto *Ann. r. Fr.* g) predunum *corr.* predanum *A* 1. h) *ita A* 1; *cf. Lob.;* defensi *Ann. r. Fr.* i) in marca *vel similia verba ex Ann. r. Fr. supplenda esse videntur; cf. etiam supra p.* 60, *l.* 22: marca contra Saxones. k) manachus *A* 1.

atque in locum suum restitutus est; *cf. Abel-Simson II, p.* 186, *n.* 4. — *Cf. infra a.* 804: et cum magno gaudio et veneratione eum suscepit. 1) *Cf. supra p.* 13, *l.* 6. 7. 2) *I. e. iisdem diebus; cf. infra a.* 800: In illis diebus . . . In illis quoque diebus, 804: in his diebus; *Ann. r. Fr.*: In eadem expeditione. 3) *Ann. Lob. perperam*: legatus Michahelis imperatoris. 4) *Tersatto prope Fiume.* 5) *Hildegardis reginae frater.* 6) *Item Ann. Lob.*: Geroldus prefectus Alamanniae et Bawariae. *Attamen, quamvis hoc Pückert l. l. p.* 145. *ex altiori quadam rerum Alamannicarum notitia haustum credat, dubiae fidei videtur. Optimis fontibus, Ann. r. Fr., Ann. q. d. Einh. et Einh. V. Karoli M. (c.* 13*), testibus Geroldus, natione quidem Alamannus, nonnisi Baioariae praefectus fuit; cf. Chr. Fr. Stälin, 'Wirtemberg. Gesch.' I, p.* 246 *sq.; 'Allgem. Deutsche Biographie' IX, p.* 40 *sq.; Abel-Simson II, p.* 192. 7) *Cf. supra p.* 18, *l.* 10: captivisque et spoliis multis adeptis. 8) *Cf. supra p.* 44, *n.* 10; 73, *n.* 10. 9) *Hassan.* 10) *Huesca.*

muneribus regi transmisit. Celebrataque est natalis Domini in iam dicto palacio Aquis. 799. A. r. Fr.

Anno[a] dominicae incarnationis DCCC. Rex absolutum Ierosolimitanum monachum reverti fecit, mittens cum eo Zachariam presbiterum de palacio suo, qui donaria eius per illa sancta loca distribueret. Ipse vero Martio mense mediante Aquisgrani (Mart.) palacio digrediens[b] litus oceani Gallici perlustravit. In ipsoque mari, quod tunc piratis[c] infestum erat[d], classem instituit *presidiaque disposuit. Pascha in Centulo apud sanctum Ricarium[1] celebravit. (Apr. 19.) Indeque iterum per litus oceani in Rotomacum civitatem profectus est, ibique Sequane amne transmisso, Turonis ad sanctum Martinum orationis causa pervenit. Ibi omnium Brittonum duces et comites cum donis in suam presentiam adducti sunt[2]. Moratus autem ibi aliquot diebus de utilitate regni Francorum infatigabiliter[3] tractans. In illis diebus[4] Leugardis[e] coniunx regia valitudine corporali tacta defuncta est, humataque est in basilica sancti Martini. Obiit autem pridie Nonas Iunii. (Iun. 4.) Inde vero rex per Aurelianis[f] ad[g] Parisiacum regressus, Aquisgrani reversus est. Et II. Nonas Iul. (Iul. 6.) insolito more aspera pruina facta est et VIII.[h] Id. Iul. (Iul. 9.) similiter; quae[i] tamen nichil incommoditatis fructibus attulit. Mense quoque Augusto (Aug.) inchoante Magontiacum veniens iter in Italiam condixit, atque inde profectus cum exercitu Ravennam venit. Ibi ordinata in Beneventanos expeditione, post septem dierum inducias Romam iter convertit et exercitum cum Pippino filio suo in Beneventanorum terras predatum ire iussit. Cum autem Romam proficisceretur[k, 5], occurrit ei pridie[l] Leo papa et Romani principes[6] cum eo apud Nomentum[m, 7], XII. ab urbe lapide, et summa eum[n] humilitate et[o] honore suscepit. Prandensque cum illo in loco iam dicto, statim eum ad

*) f. 16b.

a) Anno — DCCC. *om.* *A* 1. b) degrediens *A* 1. c) p:ratis, *secunda littera erasa* *A* 1. d) *sic Ann. r. Fr.;* est *A* 1. e) leugard' *A* 1. f) *sic et B* 3 *codex Annalium r. Fr.* g) ac *Ann. r. Fr.* h) VII. *Ann. r. Fr.* i) Q (Que) *A* 1. k) Cum autem Romae propinquaret *Anian.* l) *om. Anian.* m) Numentum *Anian.* n) *sic Ann. r. Fr.;* cum *A* 1. o) summoque *Ann. r. Fr.*

1) *St. Riquier prope Abbeville (Somme).* 2) *Id nonnisi hic relatum fide tamen dignum videtur; cf. Mühlbacher nr.* 352*c; Abel-Simson II, p.* 213; *supra p.* 42, *n.* 6. 3) *Cf. infra a.* 801 (quod per totam hiemem imperator infatigabiliter peregerat). 4) *Cf. supra p.* 84, *n.* 2. — *Compositio verborum insertis turbata. Ann. r. Fr.*: Turonis ad sanctum Martinum orationis causa pervenit, moratus ibi dies aliquot propter adversam domnae Liutgardae coniugis valitudinem, quae ibidem et defuncta et humata est. 5) *Ann. r. Fr.*: Romam vero cum venisset; *Ann. q. d. Einhardi*: Romam proficiscitur. Cui cum pridie quam illo veniret *etc.* 6) *Ann. r. Fr.*: et Romani; *cf. supra p.* 31, *l.* 3. 7) *Mentana.*

800. *A. r. Fr.* Urbem precessit. Et in die crastino in gradibus basilicae beati Petri apostoli stans, missis obviam regi Romanae urbis vexillis, ordinatis etiam atque dispositis per congrua loca tam peregrinorum quam etiam civium turmis, qui venienti regi orationes et laudes dicerent, ipse vero cum episcopis et clero universali[1] equo descendentem regem et in gradus ascendentem suscepit, dataque oratione in basilica[a] beati Petri apostoli psallentibus cunctis introduxit. Facta
Nov. 24. sunt haec sub VIII. Kal. Decembris. Post octo vero dies[2] rex contione cum Romanis habita[3] causas[b] sui adventus[4] omnibus patefecit et exinde cotidie in ea quae venerat facienda operam dedit. Inter quae vel maximum vel difficillimum[c] erat, quod primum in-
**f.* 16[c]. coatum est, de discutiendis, *quae pontifici obiecta sunt, criminibus. Qui tamen, postquam nullus probator criminum esse voluit, coram omni populo in basilica beati Petri apostoli evangelium portans ambonem conscendit[d], invocatoque[e] sanctae trinitatis nomine iureiurando[f] ab obiectis criminibus se purgavit. In illis quoque diebus[5] Zacharias cum duobus monachis[g], uno de monte Oliveti, altero de sancto Saba[6], de oriente reversus Romam venit, quos[h] patriarcha Ierosolimitanus[7] cum Zacharia ad regem misit. De Ierosolimis enim a patriarcha directi venerunt[i, 8]. Qui benedictionis causa claves sepulcri dominici ac loci Calvariae[k], claves etiam civitatis et montis Sion[l, 9] cum vexillo[m, 10] detulerunt. Quod[n] rex benigne
Apr. suscipiens, aliquot diebus secum detinuit et Aprili mense[o] remune-

a) basilicam *Ann. r. Fr.* b) causam *Anian. (sed cf. supra p.* 9, *l.* 15*).* c) dificillimum *A* 1. d) conscendens *Anian.* e) *sic Anian.;* Invocato *A* 1. f) cum iureiurando *Anian.* g) manachis *A* 1. h) qui *A* 1. i) *cf. Anian.:* Zacharias presbyter . . . [cum] duobus monachis de Hierosolyma a patriarcha directis ad regem Romam venerunt. k) Calvaria *Anian.* l) *ita A* 1. *Anian.;* Syon *Lob.* m) crucis *add. Anian.* n) *sic A* 1; Quos *Ann. r. Fr.;* Quo rex accepto, Dominum benedixit ac remuneratis multis muneribus Hierosolymam remisit *Anian.* o) et apostolice (aptice) *A* 1; *emendavi secundum Ann. r. Fr.*

1) *Ann. r. Fr.:* cum clero et episcopis; *Ann. q. d. Einhardi:* cum episcopis et universo clero. 2) *Ann. r. Fr.:* Post VII vero dies; *item Ann. q. d. Einhardi.* 3) *Ann. r. Fr.:* contione vocata. *Cf. supra p.* 72, *n.* 3. 4) *Ann. r. Fr.:* cur Romam venisset, omnibus patefecit. 5) *Cf. supra p.* 84, *l.* 2; *Chron. Anian.* 801; *Pückert, 'Aniane und Gellone' p.* 106, *n.* 4. *Ann. r. Fr.:* Eadem die. 6) *Laura seu monasterium sancti Sabae presbyteri prope Hierosolymam.* 7) *Georgius, ut videtur.* 8) *Haec male iterata; cf. 'N. Archiv' XXIV, p.* 408. 418 *et supra praef.* 9) *Cf. Abel-Simson II,* 233, *n.* 2. *et praeter locos ibi allatos etiam Vitam Karoli M. fabulosam, quae post imperatoris canonizationem a.* 1165. *factam scripta e Chronico Anianensi hausit, I,* 5, *ed. Gerhard Rauschen in 'Publikationen der Ges. für Rheinische Geschichtskunde' VII, p.* 26, 4 *sq.* 10) *Chron. Anian.:* cum vexillo crucis, *i. e. particula ligni sanctae crucis; cf. Vitam Karoli M. ed. Rauschen l. l.; Pückert, 'Ber. der k. Sächs. Ges. d. W., Philol.-hist. Cl.'* 1884. *I. II, p.* 115, *n.* 13. 156, *n.* 47; *'Aniane und Gellone' l. l.*

ratos absolvit. Celebravitque natalem Domini Romae[a] in basilica beati Petri apostoli. 800. Dec. 25.

Anno[b] dominicae incarnationis DCCCI. Ipsa die sacratissima natalis Domini, cum rex ad missam ante confessionem[1] beati Petri apostoli[c] ab oratione consurgeret[d], Leo papa[e] coronam[f] capiti eius imposuit, et á cuncto Romanorum populo acclamatum est[g, 2]: 'Carolo augusto, á Deo coronato, magno et pacifico imperatori Romanorum, vita et victoria!' Post laudes[3] vero á plebe[4] decantatas[d, 5] ab[h] apostolico more antiquorum principum adoratus est atque ablato patricii nomine imperator et augustus appellatus est. Post paucos vero dies accersitis his qui pontificem anno superiore deposuerant, et habita de his questione, secundum legem Romanam ut maiestatis rei capitali sententia dampnati sunt. Pro quibus tamen idem pontifex pio affectu apud imperatorem intercessit; iccirco et vita et membrorum integritas eis concessa est. Ceterum pro facinoris magnitudine exilio deputati[i] sunt. Huius factionis fuere principes Pascalis nomenclator et Campolus sacellarius[k] et multi alii Romanae urbis habitatores nobiles, qui pari sententia simul dampnati sunt. Ordinatis deinde Romanae urbis et apostolici totiusque Italiae non tantum publicis[l], sed etiam ęcclesiasticis privatisque negotiis, quod per totam hiemem imperator infatigabiliter[6] peregerat, missaque iterum expeditione *in Beneventanos cum Pippino filio suo, ipse post pascha VI.[m] Kal. Maii Roma profectus Spoletium venit. Ibique dum [esset[n]], II. Kal. Maii hora noctis secunda terrae motus magnus[o] factus est, quo tota Italia graviter concussa est. Quo motu tectum etiam basilicae sancti Pauli apostoli magna ex parte cum suis trabibus cecidit[p], et in quibusdam locis orbis[q] montes ruerunt.

A. r. Fr. — 801. — *f. 16d. — Apr. 4. 25. — Apr. 30.

Eodem anno loca quaedam[r] circa Renum fluvium inter Galliam et Germaniam[s] tremuerunt. Pestilentia etiam propter molliciem A. r. Fr.

a) rome *A* 1. b) Anno — DCCCI. *om.* *A* 1. c) *ita Anian. ut Ann. r. Fr.; om.* *A* 1. d) *ita etiam Anian.* e) cum consilio omnium episcoporum sive sacerdotum seu senatu (*sic*) Francorum necnon et Romanorum *add. Anian.* f) auream *add. Anian.* g) adiuncto etiam Romano populo acclamante *perperam Anian.* h) et ab *Anian.* i) deportati *Ann. r. Fr.* k) secelerius, *recenti manu corr.* sacelerius *A* 1. l) b *ex* D *correctum videtur* *A* 1. m) VII. *Ann. r. Fr.* n) *supplevi ex Ann. r. Fr.* o) maximus *Ann. r. Fr.* p) corruit *Lob. ut Regino.* q) urbes *Ann. r. Fr.* r) q̊dam *A* 1. s) in Gallia et Germania *Ann. r. Fr.*

1) *I. e. sepulcrum Petri.* 2) *His tunc nonnisi voces* augusto *et* imperatori *insertae sunt; cf. W. Ohr, 'Die Kaiserkrönung Karls des Grossen' (Tubing. et Lips.* 1904*), praesertim p.* 65 *sqq.; Abel-Simson II, p.* 41, *n.* 2. 3) *I. e. hymnos vel litaniam; cf. Duchesne, Lib. pontif. II, p.* 37; *Walafrid., De exordiis et incrementis rer. eccl. c.* 26, *Capitular. II, p.* 506; *Abel-Simson II, p.* 223, *n.* 5. *p.* 237, *n.* 3. *p.* 482, *n.* 4. 4) *Cf. supra p.* 59, *l.* 19. 5) *Ann. r. Fr.*: Et post laudes; *Ann. q. d. Einhardi*: Post quas laudes. 6) *Cf. supra p.* 85, *l.* 15.

801. *A. r. Fr.* hiberni temporis facta est. Imperator autem de Spoletio[a] Ravennam veniens, ibi aliquot dies moratus, Papiam perrexit. Ibi nuntiatur ei, quod legatus Aaron[1] Amiral Mumminin regis Persarum portum Pisas[b] intrasset. Quibus obviam [mittens[c]], inter Vercellis[d] et Eporegiam eos sibi presentari fecit. Unus enim ex eis erat Persa de oriente, legatus, ut diximus[2], regis Persarum — nam duo fuerant —, alter Sarracenus ab Affrica[e] admirathi[3] Abraham[4], qui in confinio Affricae in Fossato[5] exercitui presidebat. Qui etiam Isaac Iudeum, quem imperator ante quadriennium[f] ad regem Persarum cum Lanfrido et Sigemundo miserat, reversum cum magnis muneribus nuntiaverunt. Nam Lanfridus et Sigimundus ambo defuncti erant. Tunc ille misit Herchenbaldum[g] notarium[6] in Liguriam[h] ad classem preparandam, qua elefans et ea quae cum eo deferebantur subveherentur. *Iun. 24.* Ipse vero cęlebrato die natalis[i] sancti Iohannis baptistae apud Eboreiam urbem Alpes transgressus est. Autumnalique tempore pervenit Aquis palacium et ibi more solito conventum Francorum habuit[7]. *(A. r. Fr. 801. 802).* Celebravit autem festum nativitatis Domini et pascha *802. Mart. 27.* cum gaudio[8] in eadem villa.

A. r. Fr. Ipsa quoque estate capta est Barcinona[k] civitas Hispaniae iam II annis obsessa. Tadun[l] quoque prefectus eius et alii quamplures Sarracenorum comprehensi sunt. In Italia quoque Teatis[m] civitas similiter capta et incensa est. Eius etiam prefectus Roselmus comprehensus est. Castella etiam, quae ad ipsam civitatem pertinebant, in deditionem accepta sunt. Tadun[n] vero et Roselmus una die in presentiam imperatoris deducti exilio dampnati sunt. *f. 17a. Oct.* *Ipsius etiam anni mense Octobrio Isaac Iudeus[o] de Affrica cum elephante regressus Portum Veneris[9] intravit. Sane, quia propter nives Alpes transire non potuit, in Vercellis hiemavit.

802. *A. r. Fr.* Anno[p] dominicae incarnationis DCCCII. Herena[q] imperatrix de Constantinopoli misit legatum suum[r] nomine[s] Leonem spatarium de pace confirmanda[t] inter Francos et Grecos[u]. Imperator

a) spoletia *A* 1. b) piras *A* 1. c) *supplevi ex Ann. r. Fr.* d) cellē *A* 1. e) legatus *add. Ann. r. Fr.* f) quadriennii una *A* 1. g) herchebaldum *A* 1. h) Rigariam *A* 1. i) natał *A* 1; natali *Ann. r. Fr.* k) barcinorā *A* 1. l) Zadun *Ann. r. Fr.* m) Teate *Ann. r. Fr.* n) Todū *h. l. A* 1. o) iudeos *A* 1. p) Anno — DCCCII. *om. A* 1. q) Heena *Guelf.*; Hirene *Lob.*; Hirena *Vedast.* r) *ita A* 1. *Guelf.* s) *om. Guelf.* t) confirmandas *Guelf.* u) Gregos *Guelf.*

1) *Harun al Raschid chalifae* (786—809). 2) *Cf. supra p.* 16, *l.* 9; 68, *l.* 3. 3) *I. e. emiri.* 4) *Ibrahim ibn Alaghlab.* 5) *Abbasija (Fostat) prope Kairwân.* 6) *Cancellarium.* 7) *Cf. supra p.* 52, *l.* 24; *Ann. Guelferbyt.:* Karolus imperator de Roma perrexit in Francia usque ad Aquas et ibi plaidavit; *Waitz, 'VG.' ed.* 2. *III, p.* 331 *sqq.*; *Abel-Simson II, p.* 271, *n.* 4. 274, *n.* 3; *'N. Archiv' XXIV, p.* 403. 410. 8) *Cf. supra p.* 27, *l.* 3. 4. 9) *Porto-Venere in ostio sinus Speziani.*

quoque vicissim propter ipsum, absoluto illo cum honore[1], misit (802. A. r. Fr.) Iesse episcopum Ambianensem[a] et Helgaudum[b] comitem[2] Constantinopolim, ut pacem cum ea et cum Grecis statuerent. Celebravit (A. r. Fr. 801) imperator natalem Domini et pascha Aquisgrani palacio[3]. (Mart. 27.) Ipsius anni mense Iulio, XIII. Kal. Augusti veniens Isáác cum (Iul. 20.) elefanto[c] et ceteris muneribus, quae a rege Persarum missa sunt, Aquisgrani omnia imperatori detulit. Nomen autem elefanti erat[d] Abulabaz[e]. Ortona quoque civitas Italiae in deditionem accepta nec non Luceria, quae[f] frequenti obsidione fatigata erat, in deditionem venit, presidiumque nostrorum in ea positum est. Imperator estatis tempore in Arduenna[g] venatui operam dedit, et misso Saxonum exercitu Transalbianos[h] Saxones vastavit. Grimualdus Beneventanorum[i] dux in Luceria Winegisum comitem Spoletii, qui presidio preerat, adversa valitudine fatigatum obsedit et in deditionem accepit captumque honorifice habuit. Imperator autem Aquisgrani natalem Domini et pascha celebravit[4]. (803.)

Anno[k] dominicae incarnationis DCCCIII. Imperator[l] (Apr. 16.) estatis tempore ab Aquis profectus[m] ad Mogontiam[n] (Iul.) pervenit ibique solito more conventum Francorum habuit[5]. Egrediens autem inde pervenit in villam quae (Aug.) vocatur Salzaa[o, 6]. Quo in loco venerunt ad eum legati Nici- (A. r. Fr.) fori[p] imperatoris[7], qui eodem anno factus est[q] imperator Grecorum, deposita imperatrice Herene[r]. Missi quoque nostri[8], impetrata á Grecis pacis concordia, legationis suae ordinem exponentes venerunt[9]. Venit quoque Fortunatus patriarcha[s, 10] de Grecis[t, 11], afferens secum

a) ambiensem *A* 1. b) Hilgaudum *Lob.* c) *ita ut Ann. r. Fr. A* 1; elefante *Lob.* d) *sic Lob.; om. A* 1. e) *sic Lob.;* abirlabaz *A* 1. f) lucerna q̊ *A* 1. g) arduuennam *A* 1. h) transalbanos *A* 1. i) beneuentorum *A* 1. k) Anno — DCCCIII. *om. A* 1. l) autem *add. Guelf.* m) ab Aquis prof. *om. Guelf.* n) venit ad Magontiam *Guelf.;* ad magonciam venit *B* 1. 2. o) Salz||zaa *A* 1. p) Nitifori *A* 1; Nicophori *Lob.* q) fuerat *Lob.* r) Hirenę *Lob.* s) patriarca *A* 1. t) *ita A* 1. *B* 1. 2; Gretia *Lob.*

1) *Cf. supra p.* 44, *l.* 23; *infra a.* 803. 804. 2) *Comitem palatinum.* 3) *Haec iam supra p.* 88, *l.* 18 *commemorata sunt.* 4) *Ann. Guelferbyt.:* Celebravit imperator natalem Domini et pascha Aquis. *Chron. Vedast.:* Rex Aquisgrani pascha cęlebravit; *cf. etiam Ann. Lauresham.* 803; *Abel-Simson II, p.* 286, *n.* 3. 5) *Cf. supra p.* 52, *l.* 24; *Mühlbacher nr.* 398*a; Abel-Simson II, p.* 287, *n.* 7. 6) *Palatium regium ad Salam Franconicam situm, cuius rudera prope Neustadt.* 7) 802—811. 8) *Iesse episcopus et Helmgaudus comes; cf. supra l.* 2. 9) *In Ann. r. Fr. nihil nisi:* et missi domni imperatoris de Constantinopoli reversi sunt. 10) *Gradensis. Cf. Mühlbacher nr.* 400. 401. 11) *Leibniz, 'Ann. imp.' I, p* 223: id est Venetis. *Maluerim librarium vel compilatorem* Graecis *perperam pro* Gradibus *posuisse, praesertim quum modo supra verba* a Graecis *legisset. Cf. etiam supra p.* 86, *l.* 19. 20: De Ierosolimis enim a patriarcha directi venerunt.

803. inter cetera donaria[a] duas portas eburneas, mirifico *A. r. Fr.* opere[b] sculptas[c]. Winegisus quoque dux Spolitanus eodem tempore a Grimualdo redditus est. Absolutis itaque cum **f. 17b.* honore imperiali[c*] missis dispositisque *in eodem placito *(Aug.)* quae tunc oportuna esse videbantur[1], imperator partibus Bawariae tendit, cum electis iter per Hircanum saltum[2] agens, venationem bubalorum ceterarumque ferarum[3] exercens; ceterum exercitum per apertiores vias ire permisit[d]. Inde ad Reginisburg[e] veniens dispositisque his quae utilia esse videbantur[4], venationem per Bawariam agens adventum exercitus de Pannonia redeuntis *(Nov.)* prestolabatur. Quibus reversis, obviam illis ad Reginisburg[f, 5] pervenit. Ibi etiam cum illis Zodan[6] princeps Pannoniorum[g, 7] veniens manibus imperatoris se contradidit. Multi quoque Sclavi et Huni in eodem conventu fuerunt, sé cum omnibus quae possidebant imperatoris dominio subdiderunt[8]. Constitutisque[h] omnibus utilitatibus, quae[i] in illis partibus necessaria[k] erant[9], iter per Alemanniam sumens[10] et per Wormaciam civitatem hiemis tempore ad Aquis palacium venit. In *A. r. Fr.* quo etiam natalem Domini celebravit.

804. Anno[l] dominicae incarnationis DCCCIIII. Imperator ab Aquis proficiscens pervenit[m] ad palacium quod dicitur Niumagum. Ibi[n] illius veris tempore per-

a) *ita A* 1. *Lob.;* dona *B* 1. 2. b) ordine *perperam Lob.* c) scluptas *A* 1. c*) *ita A* 1; *legendumne* imperatoris? d) ceterum — permisit *habet etiam B* 2, *om. B* 1. e) Reganespuruc *Guelf.;* regenesburch *B* 1; regenesburc *B* 2. f) regenesburch *B* 1; Ragenesburc *B* 2. g) pannonie *B* 1. 2; *legendumne* Pannoniarum? h) *sic B* 1. 2; Constantinus itaque *A* 1. i) q̊ *A* 1. k) *ita A* 1. *B* 1. 2. l) Anno — DCCCIIII. *om. A* 1. m) venit *B* 1. 2. *Guelf.* n) *sic A* 1. *B* 2; Ibique *B* 1.

1) *Cf. infra l.* 9. 10; *supra p.* 64, *l.* 17. 18; *'N. Archiv' XXIV, p.* 403, *n.* 3. 2) *Cf. infra a.* 805; *Zeuss, 'Die Deutschen und die Nachbarstämme' p.* 6; *Rud. Much in 'Zeitschr. für Deutsches Alterthum' t. XXXII (N. F. XX), p.* 410 *sqq.; Abel-Simson II, p.* 296, *n.* 5. *Hic saltum, qui 'Böhmerwald' dicitur, intellegas.* 3) *Cf. Vita Haimhramni auct. Arbeone, SS. rerum Merov. IV, p.* 478. 4) *Cf. supra n.* 1. 5) *Cf. Mühlbacher nr.* 405 *(Nov.* 17*).* 6) *Tudun princeps Avarorum, qui supra p.* 80, *l.* 32. 81, *l.* 18 *memorato successerat; cf. Abel-Simson II, p.* 97, *n.* 6. 118—119. 297, *n.* 4. 7) *Cf. Ann. Maximinian.* 803, *SS. XIII, p.* 23 (causas Avarorum et P a n n o n i o r u m disponens). 8) *Cf. supra p.* 2, *l.* 10. 11. — *Ann. Laur. min. ('Kleine Lorscher Franken-Chronik') rec. Waitz p.* 415 [17]: ibi *(sc. in Baioariam)* venit legatio Avarorum, omnem terram imperii sui sub ditione imperatoris Karoli subdunt; *cf. ib. p.* 404 [6]; *Abel-Simson II, p.* 297, *n.* 6. 9) *Cf. supra p.* 64, *l.* 17. 18. 10) *Cf. supra p.* 78, *l.* 22.

sistens inter ceteros divinos cultus[1] etiam ibi pascha 804. *Mart. 31.* cęlebravit. Incipienteque estatis tempore ad palacium quod Aquis dicitur regrediens exercitum in Saxoniam proficisci iussit. Transitoque Reno apud Coloniam[a] urbem[2], generalem conventum Francorum habuit[3] iuxta Lippiae fontem[4]. Sumptoque[5] inde itinere per Saxoniam profectus, castrametatus[6] est in loco qui vocatur Holdonstat[b, 7]. In quibus castris etiam Sclavorum qui vocantur Abodriti[c] principes affuerunt. Quorum causis discussis et secundum arbitrium dispositis regem illis Trasiconem constituit[8]. Missis[d] inde exercitibus suis per diversas partes Saxoniae[9] perfidos[10] illos, tam quos[e] *A. r. Fr.* ultra Albiam transiecerat[11], quam illos qui in Wigmoti[12] commanebant[f] et frequentibus maleficiis populum Saxonum á via veritatis averterant[g], cum mulieribus et infantibus cum Dei auxilio sapientissima dispositione de Saxonia per diversas vias dirigens funditus exterminavit et per Gallias ceterasque regiones imperii sui sine ulla lesione exercitus sui dispersit[13]. Eodem tempore Godefridus rex Dano- *A. r. Fr.* rum venit cum classe sua necnon et omni equitatu regni sui ad locum qui dicitur Sliestroch[h, 14] *in confinio regni sui et Saxoniae; promisit *f. 17c.* enim se ad colloquium imperatoris venturum. Sed consilio suorum territus propius non accessit, sed quicquid voluit per legatos mandavit.

a) colonoam *A* 1. b) boldonstat *A* 1. *B* 1. 2 *(littera* h *minuscula pro* b, *cui simillima erat, habita; cf. 'Mühlbacher Reg.' ed.* 2. *nr.* 406*g)*. c) abodrici *A* 1. d) *sic A* 1. *B* 2; Missisque *B* 1. e) tam perfidos illos, quos *(nescio, an rectius) B* 1. 2. f) commonebant *(Waitz non bene corr.* commorabant) *Lob.*; manebant *B* 1. 2. g) *sic A* 1. *B* 1. 2; avertebant *Lob.* h) Sliesthorp *Ann. r. Fr.*

1) *Festivitates ecclesiasticae (dominica palmarum, coena domini, parasceue) intellegi videntur.* 2) *Cf. 'N. Archiv' XXIV, p.* 404. *Si his fides tribuenda, Karolus idem iter, quod etiam a.* 782, *elegit; cf. supra p.* 69. 3) *Cf. supra p.* 52, *l.* 24. 4) *Ita soli hi annales.* 5) *Cf. supra p.* 90, *n.* 10. 6) *Cf. supra p.* 17, *l.* 16. 7) *Hollenstedt vicus haud procul ab Albi prope Harburg situs. Cf. infra p.* 92, *l.* 2; *Chron. Moissiac., SS. II, p.* 257; *Ann. Sangall. Baluzii* 805, *SS. I, p.* 63, *ed. C. Henking in 'Mitth. z. vaterländ. Geschichte' XIX (St. Gallen* 1884*), p.* 205. 8) *Cf. Abel-Simson II, p.* 302, *n.* 10. 11. 12. 9) *Chron. Moissiac. l. l.:* Et inde misit imperator scaras suas in Wimodia et in Hostingabi et in Rosogabi, ut illam gentem foras patriam transduceret. 10) *Cf. supra p.* 28, *l.* 9. 10. 11) *Ita inepte Saxones Transalbianos appellant; cf. 'N. Archiv' XXIV, p.* 415. *Ann. r. Fr.:* omnes, qui trans Albiam et in Wihmuodi habitabant, Saxones. 12) *Pago inter Visurgis et Albis ostia sito.* 13) *Cf. Abel-Simson II, p.* 305, *n.* 2. *Verba Annalium Laur. min.:* Carlus imperator Saxones absque bello a propriis finibus expulsos in Franciam collocat, *'Kleine Lorscher Franken-Chronik' p.* 404. 415 [6. 17], *quae Waitz eodem fundamento niti censet, non adeo similia.* 14) *Schleswig.*

804. A. r. Fr. Nam imperator super Albiam fluvium, ut supra diximus[1], sedebat in loco qui dicitur Holdunsteti, et missa ad Godefridum legatione pro Sept. perfugis reddendis, medio Septembrio Coloniam venit. Inde[2] autem Sept. 1. cum laeticia[a] magna[3] regressus Kal. Septembr.[4] ad Nov. Aquis palacium venit[b]. In quo cum esset, medio Novembrio nuntiatum est ei, quod Leo papa suum colloquium desiderans in Franciam veniret et natalem Domini cum eo cęlebrare vellet, ubicumque hoc contingere potuisset. Cui obviam legatis suis directis, cum iam audisset, quod iam advenerat, obviam eius itineri direxit premittens[c] filium suum Carolum regem[5], ut eum cum honore[6] inter vias suscepisset. Ipse quoque ad Remorum civitatem in basilica beati Remigii episcopi et confessoris[7] ei occurrit et cum magno gaudio[8] et veneratione[9] eum suscepit; ibique susceptum, primo Carisiacum villam, ubi natalem Domini celebravit, devenit[10]. Inde pariter proficiscentes pervenerunt ad Suessionis civitatem. In qua dimisso pontifice ad colloquium germanae suae Gislae, quae[d] in his diebus[11] aegrotabat, ad Calam monasterium[12] pervenit. Factoque[e] eius conloquio, ad Carisiacum villam Leonem pontificem, quem apud Sanctum Medardum dereliquerat, sibi Dec. 25. obviam venire fecit. Quo in loco pariter natalem

a) lętania *A* 1, *quod emendavi; cf. supra p.* 25, *l.* 8. b) *cf. Guelf.:* inde regressus Kal. Sept. ad Aquis palatium. c) *ita A* 1. d) que *A* 1 (ꝗ). *B* 1. e) Fretoque *A* 1, *quam vocem sine dubio depravatam, ut supra corrigere conatus sum, cum emendatio* Fretusque, *quam B* 1 *praebet, minus placeat, ita ut editores eam denuo emendare studuerint.* [Peractoque *legendum proponit M. Tangl.*]

1) *Cf. supra p.* 91, *l.* 7. 8. 2) *I. e. ex Saxonia; cf. Mühlbacher nr.* 406*d*; *'N. Archiv' XXIV, p.* 409 *sq.* 3) *Chron. Moissiac. l. l. p.* 257 *sq.:* Et postea cum magno gaudio ipse imperator remeavit in Francia et pervenit ad Aquis sedem regiam. 4) *Haec nimis inepte inserta esse, iam pridem monui 'N. Archiv' XXIV, p.* 418. *Secundum Ann. r. Fr., quos nostri modo ipsi secuti sunt, imperator medio Septembri Coloniam, inde, dimisso exercitu, Aquas venit.* 5) *Haec quoque non aptissime dicta. Imperatorem pontifici praeter filium alios legatos obviam misisse nonnisi nostri referunt.* 6) *Cf. supra p.* 44, *l.* 23. 7) *Cf. supra p.* 57, *l.* 16. 17. 8) *Cf. supra p.* 27, *l.* 3. 4. 9) *Cf. supra p.* 83, *l.* 26. 10) *Ann. r. Fr.:* ibique (*sc. Remis*) susceptum primo Carisiacum villam, ubi natalem Domini celebravit, deinde Aquasgrani perduxit. *Quae verba hic praepostere inserta rerum ordinem turbant; cf. infra l.* 22; *'N. Archiv' XXIV, p.* 417. *Etiam Mühlbacher nr.* 408*a. d hic erravit.* 11) *Cf. supra p.* 84, *n.* 2. 12) *Cf. supra p.* 33, *l.* 2. *Soror, quam Karolus magna pietate coluit, monasterii Calensis abbatissa erat; cf. Einh. V. Karoli M. c.* 18; *Translat. s. Baltechildis, SS. XV, p.* 285; *Oelsner, 'König Pippin' p.* 426, *n.* 2; *Abel-Simson II, p.* 317.

Domini cum summa exultatione[1] cęlebrantes[2], ipsum 804. apostolicum secum ad Aquisgrani palacium duxit. Quem aliquot diebus secum retinens, magnis muneribus donatum, *A. r. Fr.* per Baioariam ire volentem, datis comitibus honorificis, qui ipsum veneranter usque Ravennam deducerent, ad propria remeare permisit[3]. Causa autem adventus eius haec erat: Perlatum est ad imperatorem estate preterita Christi sanguinem in Mantua civitate fuisse repertum. Propter hoc misit ad papam, petens, ut eius famae veritatem inquireret. Qui accepta occasione exeundi primo in Langobardiam[a] quasi pro inquisitione predicta profectus est, indeque arrepto itinere subito ad imperatorem usque pervenit. Mansitque apud illum dies VIII et, sicut *dictum est, Romam repedavit[b]. **f.* 17a. Imperator vero reliquam partem hiemis illius in iam dicto palacio peragens pascha Domini cum gaudio[4] 805. *Apr.* 20. cęlebravit[c, 5].

Anno[d] dominicae incarnationis DCCCV. Non multo *A. r. Fr.* post capcanus[e] princeps Hunorum propter necessitatem populi sui imperatorem adiit, postulans sibi locum dari ad habitandum inter Sabariam[6] et Carnuntum[f, 7], quia propter infestationem Sclavorum in pristinis sedibus esse non poterat. Quem imperator benigne suscepit — erat enim capcanus Christianus, nomine Theodorus — et precibus eius annuens muneribus donatum redire permisit. Qui rediens ad populum suum pauco tempore transacto diem obiit. Et misit caganus[g] unum de optimatibus suis, petens sibi honorem antiquum[h], quem caganus[i] apud Hunos habere solebat. Cuius precibus[k] imperator assensum[l] prebuit et summam totius regni iuxta priscum eorum ritum caganum[m] habere precepit.

Eodem anno, cum esset imperator in palacio quod *A. r. Fr.* situm est Aquis[8], misit exercitum suum cum filio suo Carolo[n] in terram Sclavorum quae[o] vocatur[p] Behemi et per tres vias[9] in

a) longobardiam *A* 1. b) re *erasum* *A* 1. c) *cf. etiam Guelf.* d) Anno — DCCCV. *om.* *A* 1. e) *sic* *A* 1. *B* 1; Gaganus *Lob.* f) *sic* *B* 1. *Lob.;* carnutum *A* 1. g) *sic* *B* 1; goganus *h. l.* *A* 1. h) dari *add.* *B* 1. i) *sic* *B* 1; coganus *h. l.* *A* 1. k) *sic ut Ann. r. Fr.* *B* 1; Cui *A* 1. l) adsensum *B* 1. m) *sic* *B* 1; coganum *A* 1. n) Karolo *B* 1. o) q̊ *A* 1. p) *sic* *A* 1. *B* 1 *(post corr.* uocantur*);* qui vocantur *Ann. r. Fr.*

1) *Cf. supra p.* 13, *l.* 8. 9; *infra a.* 805. 2) *Cf. Abel-Simson II, p.* 318, *n.* 1. *Ann. Guelferbyt. perperam:* ibi *(sc. Aquis)* natalem Domini celebravit et pascha. 3) *Nota, quantum imperator Romanum pontificem auctoritate praestitisse censeatur.* 4) *Cf. supra p.* 27, *l.* 3. 4. 5) *Cf. Abel-Simson II, p.* 328, *n.* 3. 6) *Stein am Anger prope Sarvar in comitatu Eisenburgensi.* 7) *Petronell prope Hainburg ad Danubium. Alii perperam Carinthiam (Kärnten) intellegere volunt.* 8) *Cf. supra p.* 83, *l.* 11. 9) *Cf. de Karoli M. arte belli F. Dahn in 'Beilage zur Münchner Allgemeinen Zeitung'* 1887, *nr.* 81.

805. eandem regionem exercitum penetrare precepit. Partem autem exercitus cum Carolo[a] rege, filio suo, per orientalem partem Franciae seu Germaniae ire precepit, ut Hircano saltu[1] transiecto iam dictos Sclavos invaderet. Aliam vero partem per Saxoniam dirigens, ut ex altera parte cum Saxonibus et innumerabilibus[2] Sclavis, transiecto[b] ab aquilone iam dicto saltu[3], in Sclavos[c] prorumperet. Tertia quoque ex parte expeditionem totius Baioariae in eandem regionem intrare iussit[4]. Venientes autem undique in planicie[d. 5] Behaim[e], universi principes diversarum gentium in conspectum[f] regis Caroli[g] pervenerunt. Castra metati[6] sunt autem haud[h] procul á sé illi innumerabiles exercitus distantes[7]. Caroli[g] autem regis[i] et principum eius[k] qui cum eo erant[8] imperio usus totus ille exercitus ipsam regionem invadit[l]. Sed Sclavi invia et saltus penetrantes sé minime ad pugnam preparaverunt. Vastata autem et incensa *A. r. Fr.* **f.* 18a. per XL *dies eadem regione[9], ducem eorum nomine Lechonem[10] occidit. Et dum nec iam pabula[m] equis aut cibaria exercitui superfuissent[n], vastata et ad nichilum redacta iam dicta regione[11], exercitus[o] ad propria reversus est. Imperator vero ipsius estatis tempus in venatione et iocunditate peragens, per Vosacum[p] silvam iter faciens per- *cf. A. r. Fr.* venit ad locum qui dicitur Campus[12]. Ibique aliquot

a) Karolo *B* 1. b) transito *B* 1. c) *sic B* 1; sclauis *A* 1. d) planitiem *B* 1. e) behebaim *A* 1; Peehaim *Guelf.*; Beheim *Lob.*; behemi *B* 1. f) conspectu *B* 1. g) Karoli *B* 1. h) haut *B* 1. i) *om. Guelf.* k) *sic A* 1. *Guelf.*; *om. B* 1. l) *ita A* 1; vadit *Guelf.*; inuasit *B* 1. m) papula, *post corr.* pabula *A* 1. n) superessent *B* 1. o) *om. B* 1. p) uoscam *A* 1; uosagum *B* 1.

1) *Cf. supra p.* 90, *n.* 2; *istic tamen saltus, quem 'Fichtelgebirge' dicunt, intellegendus erit.* 2) *Cf. supra p.* 10, *l.* 14; *infra l.* 13. 3) *Hic de saltu 'Erzgebirge' cogitandum erit.* 4) *Chron. Moissiac., SS. II, p.* 258: Karolus imperator misit filium suum Karolum regem cum exercitu magno ad Beu-Widines et alium exercitum cum Audulfo et Werinario, id est cum Baguarios; tercium vero transmisit cum Saxonibus super Werinofelda et Demelcion . . . et tunc perrexerunt super fergunna *(Waldgebirge = Hircano saltu).* Et venerunt ad fluvium qui vocatur Agra *(Eger)* illi tres hostes insimul. *Quibus ea quae nostri referunt confirmantur atque illustrantur, etsi Bonnell l. l. p.* 159, *n.* 4. *temere contendat eos hic et alibi Chronicon Moissiac. fere ad verbum sequi. Immo illud haud inter istorum fontes numerandum.* 5) *Cf. supra p.* 22, *l.* 7. 6) *Cf. supra p.* 17, *l.* 16. 7) *Cf. supra p.* 23, *l.* 28. 29. 8) *Cf. supra p.* 20, *l.* 7. 8. 9) *Cf. supra p.* 18, *l.* 9. — *Hoc Bonnell l. l. p.* 162. *sine probabili causa in dubium vocavit.* 10) *I. e. Teilfürst (v. Mühlbacher nr.* 411*b).* 11) *Id inutiliter iteratum.* 12) *Champ (Vosges); cf. Mühlbacher nr.* 411*e.*

diebus moram faciens dilectum[a] filium suum Carolum[b] 805. regem ab expeditione reversum cum gaudio[1] suscepit. Inde[2] vero Iulio[c] mense de Aquisgrani profectus Teodonis[d] villam *A. r. Fr.* *Iul.* pervenit atque per Metis[e] transiens Vosegum[f] petiit. Ibique venationi[g] operam dans[3], post reversionem exercitus ad Rumerici[h] castellum[4] profectus est. Ibique aliquantum temporis moratus ad hiemandum in Teodonis[d]-villam[i] palacio suo consedit. Ibi[k] ad eum ambo filii sui Pippinus et Lodovicus[l] venerunt. Celebravitque ibi natalem Domini cum gaudio[1] et exultatione[5]. *Dec. 25.*

(Anni 806—829. *prorsus cum Annalibus regni Francorum concordant. Deinde, nullo spatio intermisso, nostri pergunt:)*

Transactis[m] autem nativitatis Domini et sanctae *f. 28b.* 829. epiphaniae inibi solemniter[n] diebus[6] cum quibusdam *Dec. 25.* optimatibus suis placitum in[o] memorato Aquisgrani 830. *Ian. 6.* palacio tenuit. In quo consideratum est, ut instanti hiemali tempore in Brittanniam hostiliter[7] pergeret pro quibusdam Brittonibus[p], qui eodem tempore rebelles esse ceperant[q]. Ante iam dictus[r] enim domnus imperator Hlodowicus[s] habebat quandam reginam nomine Iudith, pulchram nimis[t] et sapientiae floribus optime[u] instructam[8], sociatam sibi in coniugio[9], quae etiam imperatrix coronata et augusta ab omnibus est accla-

a) *sic B* 1; *om. A* 1. b) Karolum *B* 1. c) iuł *A* 1; mense iul' *B* 1. d) theodonis *B* 1. e) mettis *B* 1. f) uosagum *B* 1. g) venetioni, *post corr.* venationi *A* 1. h) romarici *B* 1. i) *sic A* 1. *B* 1. k) Ibique *B* 1. l) loduicus *A* 1; ludouuicus *B* 1. m) *sic B* 1; Transacti *A* 1. n) solenniter *A* 1; sollempniter *B* 1. o) *om. B* 1. p) *sic B* 1; britonibus *A* 1. q) temp. rebellabant *B* 1. r) Predictus *B* 1. s) ludoycus *B* 1. t) pulcram nimis nom. iudith *B* 1. u) *om. A* 1, *supplevi ex B* 1.

1) *Cf. supra p.* 27, *l.* 3. 4. 2) *Haec pessime conturbata esse patet; cf. 'N. Archiv' XXIV, p.* 417 *sq. et quae ibi allata sunt.* 3) *Cf. supra p.* 94, *l.* 22. 4) *Remiremont (Vosges). Ann. Guelferbyt.:* imperator vero perrexit ad Rometicum montem; inde profectus est ad villa que dicitur Teodonis, ibi celebravit natalem Domini. 5) *Cf. supra p.* 13, *l.* 8. 9. 6) *Iam a.* 829. *ex Ann. r. Fr. relatum, imperatorem natalem Domini Aquis celebrasse.* 7) *I. e. cum exercitu. Ann. Bertiniani, SS. r. G. p.* 1: In quo *(sc. conventu)* statuit *(sc. Hludowicus imperator)* cum universis Francis hostiliter in partes Brittaniae proficisci. 8) *Haec etiam alias confirmata; cf. Dümmler, 'Gesch. des Ostfränk. Reiches' ed.* 2. *I, p.* 41; *Simson, 'Ludwig der Fromme' I, p.* 147; *Ad. Ebert, 'Allgem. Gesch. der Literatur des Mittelalters im Abendlande' II, p.* 147. 156 *sqq. etc.; 'Allgem. Deutsche Biographie' XIV, p.* 655 *sq.* 9) *Nuptiae Hludowici imperatoris cum secunda illa uxore in nostris iam antea a.* 819 *(f.* 18c*) ex Ann. r. Fr. referuntur:* Quo peracto (pacto *A* 1) imperator, inspectis plerisque nobilium filiabus, Huuelpi comitis filiam nomine Iudith duxit uxorem; *cf. 'N. Archiv' XXIV, p.* 419.

830. mata[a, 1]. Ipsa igitur[b] iam dicto[c] imperatori filium valde eligantem[d] nomine Carolum[e, 2] pepererat[3]. Pro quo quidem filiastri[f, 4] eius atque aliqui ex optimatibus eis coniuncti odio ducebant prefixam[g, 5] imperatricem[h] atque suum iam dictum[i] parvulum[k] filium, timentes quoque[l], ne in regno patris heres succederet. Unde et[m] commoti, cum predictum iter prefatus gloriosus imperator eundi Brittanniam caperet[n] et[l] iuxta maritimos fines[6] iam dictum[o] ageret et in monasterio[p] sancti Autmari[q], quod dicitur Sidiu[7], causa orationis[r] pervenerat[s], nuntiatum est ei, quod antedicti[t] emuli[8] memorati patris et prefatae imperatricis atque iam dicti parvuli[u] sui suis[v] aliis filiis, quos de alia uxore[9] olim habuerat, causa odii et cupiditatis[w] sé coniungerent et[x] eos contra suam voluntatem[y] quasi ei contradicendi[z] ducerent eiusque potestatem minuerent et predictos seniores[a] filios, quos de alia uxore habuerat[b], super se sublimarent[c] et prefixum[d, 10] parvulum eius filium[e] eicerent, suam matrem antedictam[f] Iudith imperatricem deponerent. Nam, ut multis nobilibus et sapientibus, licet tarde, visum est, causa seductionis et malae voluntatis hoc idem facere nitebantur. Dum enim prefatum[g] iter
*f. 28c. *iam dictus[h] imperator ageret et ad Redonicum oppidum[11], ubi suum placitum condictum habebat, tenderet, memorati insidiatores filios suos, Hlotharium[i] videlicet et Pippinum, convocantes adduxerunt. Sed Pippinum Aquitanicae regionis regem primo, quia vicinior eis erat, ad Parisiacam urbem[12] contra voluntatem patris[k] adduxerunt, cui consequenter et[l] Hlotharium[i] venire

a) adclamata *B* 1. b) enim *B* 1. c) iam dicto *om. B* 1. d) *ita A* 1. *B* 1. e) Karolum *B* 1; iam *add. h. l. B* 1. f) priuigni *B* 1. g) habebant predictam *B* 1. h) impera *in loco raso A* 1. i) iam dictum *om. B* 1. k) pauulum *A* 1. l) *om. B* 1. m) Qua de re *B* 1. n) cum imp. britt. pergeret *B* 1. o) *ita A* 1; *nescio, an supplendum* iter, *cf. infra;* iam dictum ageret *om. B* 1. p) monasterium *B* 1. q) otmari *B* 1. r) oratiois *A* 1. s) peruenisset *B* 1. t) predicti *B* 1. u) memorati — parvuli *om. B* 1. v) cum filiis *B* 1. w) causa — cupiditatis *om. B* 1. x) *ita A* 1. *B* 1; *legendumne* ut? y) uolunt. suam *B* 1. z) *ita A* 1; *legendumne* contradicendo? a) senieres (*vel* semeres) *A* 1. b) quasi — habuerat *om. B* 1. c) sublimare uellent *B* 1. d) et ut predictum *B* 1. e) filium eius *B* 1. f) *pro* suam matrem anted. *habet B* 1 *tantum* et. g) predictum *B* 1. h) iam dictus *om. B* 1. i) lotharium *B* 1. k) urbem patre nolente *B* 1. l) addux. et postea *B* 1.

1) *Cf. Simson, 'Ludwig d. Fr.' I, p.* 146 *n.* 4. 2) *Postea Calvum dictum.* 3) *A.* 823. *Idibus Iun.* 4) *I. e. privigni, antea nati.* 5) *I. e. praedictam.* 6) *Ann. Bertin. l. l.:* et [statuit] per maritima loca illuc properare. 7) *Saint-Omer (Pas de Calais).* 8) *I. e. inimici.* 9) *Irmingarde.* 10) *Cf. supra n.* 5. 11) *Rennes.* 12) *Cf. Simson l. l. p.* 345, *n.* 8.

fecerunt, ut patri resisterent suamque[a] coniugem, predictam[b] Iudith imperatricem, ei[b] auferrent atque minimum filium eius opprimerent[c]. Ad quod cum turba multa convenerunt. Sed, ut prefixum[1] est[d], antedictus Pippinus primo[e] cum antedictis emulis[f, 2] venit[g] et suam[h] uxorem ei[i], licet contra legem et omnem auctoritatem[k], memoratis emulis[2] exhortantibus atque fulcientibus[l], ingeniose dimittere fecit[m]. Quae in Pictavensem urbem compulsa est ire, ibique in monasterio sanctae Crucis est retrusa; ubi[n] domino nostro Iesu Christo studiosissime famulari die noctuque[o] studuit, Domini quoque denuo gratiam inibi promereri meruit[p], atque inibi Domino famulantibus ita placere valuit[q], ut omnes ei imitabiles se esse velle profiterentur[r, 3]. Demum enim[s] tenuit prefatus[t] imperator placitum suum in[t] mense Octobrio[u] in villa Niumaga[4]. Ubi et quosdam ex illis, qui ei predictas contumelias fecerunt, in exilium misit atque eorum honores abstulit[5]. In eodem ergo placito per auctoritatem apostolicam sive[v] per consensum episcoporum consideratum et canonice definitum est, ut memoratus[t] imperator suam reciperet uxorem[w, 6]. Qui statim propter eam optimates regni sui misit, ut eam honorifice ad se[x] adducerent. Postea vero Carolum[y] filium suum et Drogonem episcopum[7], fratrem videlicet suum[8], cum aliis optimatibus obviam ei misit, qui eam ad Aquasgrani palacium cum magno honore deducerent. Pre-

830.

Oct.

a) eique suam *B* 1. b) predictam — ei *om.* *B* 1. c) atque — opprimerent *om.* *B* 1. d) Ad quod — est *om.* *B* 1. e) Quo cum primum pippinus *B* 1. f) *sic* *B* 1; ac multis *A* 1. g) uenisset *B* 1. h) et suam *om.* *B* 1. i) *om.* *B* 1. k) autoritatem *A* 1. l) et omnem — fulcientibus *om.* *B* 1. m) fecit eum dimittere *B* 1. n) et ipsa *add.* *B* 1. o) totis uisibus *add.* *B* 1. p) Domini — meruit *om.* *B* 1. q) ita placuit *B* 1. r) omnes profit. se eam velle imitari *B* 1. s) Postea *B* 1. t) *om.* *B* 1. u) *sic* *B* 1; octob *A* 1; Octobri *Hampe ('N. Archiv' XXII, p.* 695*)*. v) et *B* 1. *H.* w) coniugem *B* 1. *H.* x) eum *B* 1. *H.* y) Karolum *B* 1.

1) *Cf. supra p.* 96, *n.* 5. 2) *Cf. supra p.* 96, *n.* 8. 3) *Hoc annales retractati recte interpretantur.* 4) *Ann. Bert. l. l. p.* 2: alium conventum domnus imperator cum filio suo Hlothario circa Kalendas Octobris Noviomago condixit. 5) *Hoc nonnisi a.* 831. *evenit; cf. Simson l. l. I, p.* 363, *n.* 1. *II, p.* 2 *sq.* 6) *Haec quoque nostri praecipiunt; cf. ib. II, p.* 365, *n.* 6. 7) *Mettensem.* 8) *Karoli M. ex Regina concubina filium.*

830. dicto[a] quoque placito peracto[b] in Niumaga[c], inde reversus domnus imperator[d] ad Aquasgrani palacium ad
831. hiemandum pervenit, ubi et suam coniugem, predictam Iudith imperatricem, recepit atque eam pristino honori restituit[e, 1].

a) *om.* *B* 1. b) Peracto quoque placito *B* 1. c) *sic* *B* 1; niomaga *h. l.* *A* 1. d) imp. inde reuersus *B* 1. e) *desinit tertia columna folii* 28, *quarta vacua* *A* 1.

1) *Sequuntur in Appendice Annalium Mettensium posteriorum a.* 776—805, *ex Reginonis Chronico et Annalibus Mettensibus prioribus compositi.*

ANNALES METTENSES POSTERIORES
776—805.

Anno dominicae incarnationis DCCLXXVI. Karolus rex, ut *A. M. pr.* prediximus[1], ad Papiam civitatem venit et sub festinatione in partibus Foroiuliensium iter direxit, improvisumque Rohtgaudum *Reg.* cepit et decollare precepit[2], et ad Tarvisium — — Trinitatis. Post haec obsides quantos rex voluit[3] dederunt. Reformatis autem — *cf. A. M. pr. Reg.* — Niumaga.

Anno dominice incarnationis DCCLXXVII. K[arol]us rex *Reg.* Saxoniam — — Sarraceni de partibus Hispaniae et se cum omnibus *A. M. pr.* suis ditioni regis Karoli subdiderunt[a]. Ubi etiam multitudo — — *Reg.* Casinogilo.

Anno dominice incarnationis DCCLXXVIII. Rex Carolus *A. M. pr.* motus precibus et querelis Christianorum, qui erant in Hispania sub iugo Sarracenorum, cum exercitu Hispaniam intravit. Venit autem — — Francorum convenerunt. *Reg.* His innumerabilibus legionibus *A. M. pr.* Hispania tota contremuit. Obsidione itaque cincta Cesaraugustana *Reg.* civitate, territi Sarraceni obsides dederunt cum immenso pondere auri. Post haec eiectis Sarracenis etiam de Pampillona murisque eiusdem civitatis dirutis, Hispanis Wasconibus et Navarris[b] *cf. A. M. pr.* subiugatis[4], in Franciam revertitur. Interea Saxones — — similiter. *Reg.*

Anno dominicae incarnationis DCCLXXVIIII. Carolus rex venit in villa — — et pasca similiter.

Anno dominicae incarnationis DCCLXXX.[c] Carolus rex Saxoniam — — in Papia civitate.

Anno dominice incarnationis DCCLXXXI.[d] Carolus rex a *A. M. pr.* Papia egressus celebravit pasca Domini Rome et ibi — — *Reg.* pasca similiter[e].

a) ibique se cum ommnibus, quos regebant, ditioni regis Karoli subdiderunt *B* 2. b) Nabarris *B* 2. c) DCCLXXVIII. *corr.* DCCLXXX. *B* 1. d) DCCLXXVIIII. *corr.* DCCLXXXI. *B* 1. e) simul *Ch.*

1) *Minime, cum supra p.* 63, *l.* 32. 33, *tantummodo scriptum sit:* versus Italiam iter arripuit. 2) *Regino:* Rotgaudum rebellem captum decollare iussit. 3) *Reg.:* quantos rex expetiit. 4) *Reg.:* murisque eiusdem civitatis dirutis Wasconibusque subiugatis.

Reg. Anno dominice incarnationis DCCLXXXII. Karolus rex Cumam[a] veniens, Renum — — pasca similiter.

Reg. Anno ab incarnatione[b] Domini DCCLXXXIII. Obiit beatae memoriae Hildegardis regina[c] II. Kal. Maii, quod evenit tunc in *A. M. pr.* vigilia ascensionis Domini, et sepulta est iuxta urbem Mettensem in basilica apostolorum[1] et beati Arnulfi[d]. Eodem anno iterum *Reg.* Saxones rebelles extiterunt, et rex cum paucis Francis ad locum *A. M. pr. Reg.* quod[e] dicitur Teutmalli venit. Ibi Saxones — — revertitur. *A. M. pr.* Eodem anno obiit Berta regina IIII. Idus Iulii et sepulta est in Cauciaco[2]. Sed inde translata Parisius sepulta est iuxta virum *Reg.* suum[f] in ęcclesia sancti Dionisii martiris[f]. Et cum Warmatiam pervenisset rex, sociavit sibi in matrimonium Fastradam reginam, celebravitque natalem Domini in Heristellio et pasca similiter.

Reg. Anno dominicae incarnationis DCCLXXXIIII. Karolus rex iterum ingressus est Saxoniam — — genitorem suum. Rex itaque *A. M. pr. Reg.* cum consilio procerum suorum iterum hiemis tempore intravit *A. M. pr. (Reg.)* Saxoniam et celebravit natalem Domini iuxta castrum Kiridrioburc[g] in pago Waizzagaim super fluvium Amra in villa Leutidi.

Reg. (A. M. pr.) Anno dominicae incarnationis DCCLXXXV.[h] Rex usque ad Roiei[i].[3] pervenit super fluvium Wisaram[k], ubi confluit Waharna[4], et propter nimiam inundationem aquarum reversus est[5] ad Heresburc castrum[6], ubi uxorem suam Fastradam cum filiis et filiabus venire iussit, ibique per totam hiemem mansit. Ubi[7] etiam pasca celebravit. Et multis vicibus exercitum super Saxones misit et eorum castra destruxit[8], et in Maio sinodum apud Paderbronnam habuit, et inde iterum[l] pergens nullo contradicente totam Saxoniam circuivit. Et cum pervenisset in Bardengawi[9], misit inde post Widichindum et Abbionem et utrosque ad se venire fecit. Quos sacramento constrinxit, ut ad eum in Franciam venirent. Qui, acceptis obsidibus, ad regem in villa Attiniaco venerunt[10] ibique baptizati sunt, et sic tota Saxonia subiugata est Francis.

a) *ita pro* Coloniam *B* 1; comam *B* 2. b) incartione *corr.* incarnatione *B* 1. c) *in margine eadem manu:* hildegardis regina moritur. d) et sepulta est in basilica s. Arnulfi in urbe Mettensi *B* 2. e) *sic B* 1. f) et sepulta — Dionisii martiris *etiam B* 2, *ubi tamen verba* iuxta virum suum *omissa.* g) *ita B* 1; *similiter nonnulli libri Chronici Reginonis.* h) V *in loco raso B* 1. i) *ita B* 1. 2; Rine *Reg.*; Rimee *Ann. r. Fr.* k) isaram *eadem manu corr.* wisaram *B* 1. l) iter *Reg.*

1) *Cf. Pückert l. l. p.* 109, *n.* 5; *'N. Archiv' XXIV, p.* 423 *sq.*; *Mühlbacher nr.* 262. 2) *Hic, quamvis Mühlbacher nr.* 261*b istis fidem tribuat, verba annalium vetustiorum non recte intellecta esse videntur; cf. Abel-Simson I, p.* 458, *n.* 4. 3) *Rehme supra Minden.* 4) *Reg.:* Wachna. 5) *Reg.:* inde reversus est. 6) *Reg.:* reversus est Heresburch. 7) *Reg.:* Ibi. 8) *Reg.:* depredatus est. 9) *Reg.:* Venit autem in Bardengawi et inde misit. 10) *Reg.*: ad Adtiniacum ad regem venerunt.

Anno dominice incarnationis DCCLXXXVI.[a] Karolus[b] rex *Reg. A. M. pr.* misit exercitum suum in partibus Brittannie, cui prefecit Audulfum virum illustrem. Qui, victis Brittonibus, totam illam regionem Francorum ditionibus subegerunt, principesque Brittonum secum adducentes, apud Warmatiam regis obtutibus presentaverunt. Tunc rex cernens — — in Florencia civitate. *Reg.*

Anno dominicae incarnationis DCCLXXXVII. Karolus Romam — — pasca similiter.

Anno dominice incarnationis DCCLXXXVIII. Rex congregavit sinodum — — pascha similiter.

Anno dominice incarnationis DCCLXXXVIIII. Rex Renum — — pasca similiter.

Anno ab incarnatione Domini DCCXC.[c] Huius anni principio *A. M. pr.* rex Carolus primogenitum filium suum Carolum ultra Sequanam direxit, dans ei ducatum Cenomannicum. Qui eodem anno aestatis tempore ad patrem revertitur. Rex autem conventum Francorum habuit in Wormatia civitate disposuitque ea quae utilia videbantur esse in regno suo. In illo vero anno in nullam partem duxit exercitum. Celebravitque in eadem civitate natalem Domini et pasca.

Anno dominicae incarnationis DCCXCI.[d] Rex Carolus in *Reg.* partibus — — pasca similiter.

Anno dominice incarnationis DCCXCII.[e] Feliciana heresis apud Ragenesburc[f] condempnata est. Quem Felicem — — dissolvi posset[g]. Et celebravit ibi rex natalem Domini.

Anno dominicae incarnationis DCCXCIII. Karolus rex de *Reg.* Ragenesburc proficiscens[h] — — Wirziburc[i] apud Sanctum Kilianum[k]. *A. M. pr.*

Anno dominice incarnationis DCCXCIIII. Celebravit rex — *Reg.* — et pasca similiter.

Anno dominice incarnationis DCCXCV.[l] Rex venit[m] Magon- *Reg.* tiam — — celebravit natalem Domini in Aquis palatio[1] et pasca *A. M. pr.* similiter.

Anno dominicae incarnationis DCCXCVI.[n] Adrianus papa *Reg.* obiit[o] — — pascha similiter.

a) VI *in loco raso B* 1. b) *aliquot verba in loco raso B* 1. c) DCCLXXXVIII. *manu scribae secundi scr. corr.* DCCXC *manu scribae primi B* 1. d) LXXXVIIII *manu scribae secundi scr. corr.* XCI *manu scribae primi B* 1. e) XCII *manu scribae primi in loco raso B* 1. f) apud Ragenesburc *etiam B* 2. g) possit *Reg.*; possit *manu scribae secundi corr.* posset *B* 1. h) profiscens *B* 1. i) uuitziburc *B* 1. k) apud Sanctum Kilianum *etiam B* 2. l) V *in loco raso manu scribae primi B* 1. m) *superscr. B* 1. n) VI. *in loco raso manu scribae primi B* 1. o) *extremis verbis f.* 100 (uuonomiro sclauo in) *desinit manus scribae secundi (cf. f.* 97*); a f.* 100′. *rursus incipit manus scribae primi, qui etiam fere dimidium f.* 99′, *erasis omnibus iis quae in eo antea scripta erant, scripsit. Etiam primae* 13 *lineae f.* 100 *in loco raso, sed manu scribae secundi scriptae.*

1) *Reg.*: celebravit natalem Domini Aquis.

Reg. Anno dominicae[a] incarnationis DCCXCVII. Barcinona civitas Hispaniae — — Ipse vero ad disponendam Saxoniam totum hiemis tempus moratus est[b], ibi natalem Domini et pascha celebravit.

Anno dominicae[a] incarnationis DCCXCVIII. Venit ad regem legatus Haddefonsi — — pascha similiter.

Anno dominicae[a] incarnationis DCCXCVIIII. Romani Leonem papam — — Azan vero prefectus civitatis que dicitur Osca[c] claves *A. M. pr. et Reg.* urbis illius regi transmisit eique munera tradidit[1]. Celebravit autem rex natalem Domini in eodem palacio Aquis.

Reg. Anno dominicae[a] incarnationis DCCC.[d] Rex absolutum — — *A. M. pr.* Turonis ad Sanctum Martinum orationis causa profectus est. Ibi omnium Brittonum duces et comites cum donis ad eum venerunt[e]. *Reg.* Ibique per aliquot tempus — — natale[f] Domini.

Reg. Anno dominice incarnationis DCCCI.[g] Cum rex ipso — — *A. M. pr.* trabibus corruit, in quibus[h] locis et montes ruerunt. Eodem anno *Reg.* loca — — natale Domini celebravit.

Anno dominicae[a] incarnationis DCCCII. Hierene imperatrix *A. M. pr.* — — Imperator vero Aquis natale Domini celebravit et pascha similiter[i].

Reg. Anno dominice incarnationis DCCCIII. Terremotus Aquis *A. M. pr.* palacio factus est, et mortalitas subsecuta est. Imperator vero post *Apr. 16.* pascha[k. 2] ab Aquis profectus ad Magonciam venit ibique solito *Reg. cf. A. M. pr.* more conventum Francorum habuit. Winigisus quoque a Grimaldo redditus est. Missi imperatoris a Constantinopoli regressi sunt, et venerunt cum eis legati Nichofori imperatoris, qui tunc rem publicam regebat; quorum hec sunt nomina: Michael episcopus, Petrus abbas, Calistus et Candidatus. Qui venerunt ad imperatorem in Germania super fluvium Sala in loco qui dicitur Salz et pactum faciende pacis in Christo susceperunt. Inde dimissi cum epistola imperatoris Romam *A. M. pr.* venerunt, inde Constantinopolim regressi sunt. Venit quoque[l] Fortunatus patriarcha de Grecis, afferens secum inter cetera dona duas[m] *Reg.* portas eburneas, mirifico opere sculptas. Imperator autem Baioariam *A. M. pr.* profectus[3] venationem bubalorum ceterarumque[n] ferarum per saltum Hircanum[o] exercuit[p. 4]. Inde vero[q] ad Regenesburch[r] veniens,

a) đ *B* 1. b) morauit *B* 2; impendens *Reg.* c) *sequitur locus rasus, ubi* cl *etiam legi potest, B* 1. d) *post* DCCC *locus rasus B* 1. e) Ibi — venerunt *etiam B* 2. f) natalem *Reg.* g) CI *in loco raso B* 1. h) *ita (pro* quibusdam*) B* 1. i) et pasca similiter *etiam B* 2 *(om. Kurze)*. k) Imperator post pasca *B* 2. l) *ita etiam B* 2; Venitque *Kurze.* m) *ex* cluas *corr., ut videtur, (*s *superscr.) B* 2; *cf. supra p.* 56, *l.* 32. n) ceterarum *B* 2. o) hircanium *B* 2. p) *litterae* exe *paene detritae B* 2; *idem ut A* 1 *pergit:* ceterum exercitum per apertiores uias ire permisit. q) *om. B* 2. r) regenesburc *B* 2.

1) *Non ipse affuit.* 2) *Cf. 'N. Archiv' XXIV, p.* 409, *n.* 2. *et XXV, p.* 178 *sq., ubi coniecturas, quas G. Hüffer, 'Korveier Studien' p.* 106 *sq., ex his verbis extricavit, ut refellerem, studui.* 3) *Verba* cum electis iter . . . agens *omissa.* 4) *Verba* ceterum exercitum per apertiores vias ire permisit *omissa.*

dispositis his que utilia videbantur esse[1], adventum exercitus de Pannonia redeuntis prestolabatur. *A. M. pr.* Quibus[a] reversis, obviam illis ad Regenesburch[b] venit. Ibi etiam cum illis zodan princeps Pannonie[c] veniens imperatori se tradidit. Multi quoque Sclavi et Huni in eodem conventu fuerunt et se cum omnibus que possidebant imperatoris dominio subdiderunt. Constitutisque omnibus utilitatibus, que[d] in[e] illis partibus necessaria erant, per Alemanniam et per Warmatiam[f] hiemis tempore ad Aquis palacium[g] venit, ibique natalem Domini celebravit. *cf. Reg.*

Anno dominicae[h] incarnationis DCCCIIII. Imperator Aquis *Reg.* hiemavit et ab Aquis proficiscens venit ad palacium[g] quod dicitur *A. M. pr.* Niumagum. Ibique veris tempore manens[i], pascha[2] etiam ibidem celebravit. Incipienteque estatis[k] tempore ad Aquis palacium[g] revertens exercitum in Saxoniam misit. Transitoque[l] Reno[3] generalem conventum Francorum habuit iuxta Lippie[m] fontem. Sumptoque inde itinere per Saxoniam profectus, castra metatus est in loco qui dicitur Boldonstat[n]. In quibus castris etiam Sclavorum[4] principes adfuerunt. Quorum causis discussis et secundum arbitrium dispositis, regem illis Trasiconem constituit. Missisque inde exercitibus suis per diversas partes Saxonie[o] tam perfidos illos, quos ultra Albiam transiecerat[p], quam illos qui in Wigmoti manebant et frequentibus maleficiis[q] populum Saxonum a via veritatis averterant, cum mulieribus et infantibus Deo auxiliante sapientissima dispositione de Saxonia per diversas vias dirigens, funditus exterminavit[r] et per Gallias ceterasque regiones regni sui sine ulla lesione exercitus sui dispersit. Eodem tempore[s] Godefridus rex Danorum — — Aquis reversus est. *Reg.* Medio Novembrio nunciatum est ei Leonem papam natalem Domini cum eo celebrare velle ubicumque illi placuisset. Quod rex gratanter suscepit et statim misso filio suo Karolo ad Sanctum Mauricium eum suscipere honorifice precepit. Ipse vero obviam illi apud Remorum civitatem in basilica beati Remigii episcopi et confessoris profectus *A. M. pr. Reg.* est, ibique susceptum, ad Carisiacum usque perductum, cum eo ibi natalem Domini celebravit[5]. Inde pariter proficiscentes pervenerunt *A. M. pr.* ad Suessionis civitatem. In qua dimisso papa, ad colloquium

a) Qibus *B* 1. b) Ragenesburc *B* 2. c) Pannoniae *B* 2. d) quae *B* 2. e) *om.* *B* 2. f) Wormatiam *B* 2. g) palatium *B* 2. h) ꝛ̃ *B* 1. i) Ibi veris manens *B* 2. k) aestatis *B* 2. l) Transito *B* 2. m) Lippiae *B* 2. n) *cf. supra p.* 91, *l.* 8. 24. 25. o) Saxoniae *B* 2. p) transierat *B* 1; *cf. 'N. Archiv' XXIV, p.* 415. q) malefitiis *B* 2. r) r *superscr.* *B* 1. s) Eodem — in confinio r[egni] *in loco raso B* 1.

1) *Verba* venationem per Bawariam agens, *sine quibus ordo rerum intellegi nequit, omissa; cf. 'Forsch. z. D. G.' XX, p.* 404; *Abel-Simson II, p* 297, *n.* 2. *p.* 298, *n.* 2; *Mühlbacher nr.* 402*b; 'N. Archiv' XXIV, p.* 403, *n.* 5. 2) *Omissa* inter ceteros divinos cultus. 3) *Omissum* apud Coloniam urbem. 4) *Verba* qui vocantur Abodriti *omissa.* 5) *Cf. supra p.* 92, *n.* 10; *Abel-Simson II, p.* 316, *n.* 3.

A. M. pr. germane sue Gisle, que in his diebus egrotabat, ad Calam monasterium pervenit. Fretusque[a] eius colloquio, ad Carisiacum villam Leonem papam, quem apud Sanctum Medardum dereliquerat, sibi obviam *Reg.* venire fecit. Deinde Aquis perduxit et honoratum magnis muneribus, per Baioariam ire volentem a suis duci fecit usque Ravennam. Causa *A. M. pr.* adventus — — Romam repedavit. Rex vero reliquam partem hiemis in iam dicto palacio peragens[b] pascha Domini cum gaudio celebravit.

A. M. pr. Anno dominice incarnationis DCCCV[c]. [d]Capcanus[e] princeps Hunorum propter necessitatem populi sui imperatorem adiit, postulans sibi locum dari ad habitandum inter Sabariam et Carnuntum, quia propter infestationem Sclavorum in pristinis sedibus esse non poterat. *Reg. A. M. pr.* Quem imperator benigne suscepit eiusque precibus favit[1]. Erat enim capcanus Christianus, nomine Theodorus, et precibus eius annuens[1] muneribus donatum redire permisit. Qui rediens ad populum suum pauco tempore transacto diem obiit. Et misit alter[2] caganus unum de optimatibus suis, petens sibi honorem antiquum dari, quem caganus apud Hunos habere solebat. Cuius precibus imperator adsensum prebuit et summam totius regni iuxta priscum eorum ritum caganum habere precepit. Eodem anno, cum esset imperator in palacio quod situm est Aquis, misit exercitum suum cum filio suo Karolo in terram Sclavorum que vocatur[f] Behemi et per tres vias in eandem regionem exercitum penetrare precepit. Partem autem exercitus cum Karolo rege, filio suo, per orientalem partem Francie seu Germanie ire precepit, ut Hircano saltu transiecto iam dictos Sclavos invaderet. Aliam vero partem per Saxoniam dirigens, ut ex altera parte cum Saxonibus et innumerabilibus Sclavis, transito[g] ab aquilone iam dicto saltu, in Sclavos prorumperet. Tercia quoque ex parte expeditionem tocius Baioarie in eandem regionem intrare iussit. Venientes autem undique in planitiem Behemi, universi principes diversarum gentium in conspectu regis Karoli pervenerunt. Castra metati sunt autem haut procul a se illi innumerabiles exercitus distantes. Karoli autem regis et principum qui cum eo erant imperio usus totus ille exercitus ipsam regionem invasit. Sed Sclavi invia et saltus penetrantes se minime ad pugnam preparaverunt. Vastata autem et incensa per XL dies eadem regione, ducem eorum nomine Lechonem

a) *ita B* 1. b) ꝑ (per) *in loco raso B* 1. c) *post* DCCC *locus rasus.* d) Non multo post *om. ut Regino.* e) *alterum* c *in loco raso et post in* o *mutatum B* 1. f) *post corr.* uocantur *B* 1. g) *depravatum videtur ex* transiecto *A* 1, *ut supra p.* 103, *l.* 20. transierat *ex* transiecerat.

1) *Idem, semel verbis Reginonis, tum verbis Ann. M. pr. iterant.* 2) *Immo caganus (Khakhan) a capcano discernendus est; cf. 'N. Archiv' XXIV, p.* 413. *Kurze in notis ad Ann. r. Fr. p.* 119. *et 'N. Archiv' XXI, p.* 53. *mihi hac de re non recte iudicasse videtur.*

occidit. Et dum nec iam pabula equis aut cibaria exercitui superessent, vastata et ad nichilum redacta iam dicta regione, ad propria reversus est. Imperator vero ipsius estatis tempus in venatione et iocunditate peragens, per Vosagum silvam iter faciens pervenit ad locum qui dicitur Campus. Ibique aliquot diebus moram faciens dilectum filium suum Karolum regem ab expeditione reversum cum gaudio suscepit. Inde vero mense Iul. de Aquisgrani profectus Theodonis-villam pervenit atque per Mettis transiens Vosagum peciit. Ibique venationi operam dans, post reversionem exercitus ad Romarici castellum profectus est. Ibique aliquantum temporis moratus ad hiemandum in Theodonis-villam palacio suo consedit. Ibique ad eum ambo filii sui Pippinus et Ludowicus venerunt. Celebravitque ibi natalem Domini cum gaudio et exultacione[1]. *A. M. pr.*

1) *Anni* 806—813, *praeter nonnulla ex Einhardi Vita Karoli M. addita, fere ubique cum Reginonis Chronico, a.* 814—829. *(exceptis primis verbis* Ludowicus igitur — — Hildegardis reginę*) cum Ann. Mett. pr. concordant. Exin nullo spatio intermisso, eodem versu incipit narratio* Transactis autem — — pristino honori restituit, *nonnullis omissis aut mutatis ex iisdem (cf. supra p.* 95—98*) deprompta. Quam etiam pauci loci alterius quae sequitur narrationis a.* 830, *alioquin ex Annalibus Bertinianis (SS. r. G. p.* 1 *sq.) haustae, velut* conventus in Niumaga *(pro* ibidem, *i. e. Aquisgrani)* factus est *et* advocaverunt filios suos, *sapiunt, id quod Wattenbach, 'N. Archiv' XVI, p.* 607 *sq., non plane perspexit.*

Reliqua, quippe quae cum Annalibus Mettensibus prioribus iam non cohaereant, hic praetermissa.

INDEX.

Scripsit B. Schmeidler.

Maior numerus paginam, minor lineas quinas indicat.

A.

B.

C.

Carolus, Karolus.

D.

I.

K.

L.

M.

Q.

R.